Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Kw 184 N34

SATYRA
DIÆTETES,
SIVE.
ARBITER RERUM.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LUGD. BATAV.
EXCUSA
In Officina Bartholomei
Biltij,
Ad inſigne pegaſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Generoſiſsimo
&
Nobiliſsimo Viro,
Domino
IOANNI LEHNDORPIO,
Equiti Boruſſo,
Omni Satyricorum morſu altiori,
quem
Boni præſidium,
Docti delicium,
Amici
Veræ virtutis ac fidei priſcæ
exemplum
Amant, æſtimant, venerantur,
Novam hujus Satyrę editionem
D. D. D.
ANASTASIVS PHILARETVS
COSMOPOLITA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

LECTORI S.

NE ingenio genius deſit, te advoco, Lector, vt adſis, & me legas, quanquam ego nec à te vocatus venirem, nec talia ſcribentem legerem. Vides mentem meam, nullorum hîc vitia conſecramus, nullorum hîc ſcelera amplectimur, ſed quaſi ad pileum libertatis vocaverimus judicium noſtrum, omnia libramus lupinis vtentes pro rauduſculo. Quòd ſi publica tango vir privatus, memineris Æſchilum non initiatum ſacris Eleuſines potuiſſe ea ſcire & revelare. Quod non feciſſem ſi alicujus virtus vadatam linguam meam ſui amore tenuiſſet: ſed in Vrbe quis non? imò in orbe quis non? Liceat mihi quemadmodum Iovi per me ipſum vt meliorem iurare (Iupiter enim ſeſe iurat,

 quia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quia nihil eſt majus Iove) ita e-nim verum amo, ut nec major fi-des ſit velim ei per quem juro: umbras vidi plurimas, hominem verò neminem. Cui non dictus ille Hylas? Ego fortè cum majori temperamento pruriginem accu-ſandi mores cohibeo, quàm ratio ſatyricorum jubebat. Unde ſæ-piſſimè flores ſunt quæ loquor, de quibus ſi aranea vlla velit venena colligere, precor agat araneam, & pendeat inter re-tia venenata, ut provocet ri-ſum Satyræ minùs quam Craſſus ridenti. *Ceterùm (Le-ctor)* velim te ſcire qui ſim? Vox ſum, præterea nihil: vna-que ex illis quæ Pſychæ mi-niſtrabant. *Cùm vox dico, ne quæras nomen; illa enim omni no-mine antiquior eſt, quanquam*

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nec hic nomen ut hoc ipſo te ſecem, & videas me ad homines ſcribere nomina tantùm quærentes, ut ſecem ſeculum ipſum. Etenim.

Nunc ætas agitur, peioraque
ſæcula ferri
Temporibus quorum ſceleri
non invenit ipſa
Nomen, & à nullo poſuit natura metallo.

Et me laudem elogio nominis carens, ut ſtatua veterum heroum. valè,
Nam abeo ut muſca relicto aculeo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

I.

SATYRA DIÆTETES SIVE ARBITER RERVM.

NVLLA hîc talis fabula, qua illi qui diutiùs peregrinati erant, ad inferos ſe deſcendiſſe profitebantur. Nam verè nos vidimus hæc loca vbi habent ſua ſidera, & ſuum Aſphodelum Eliſij. Et ſcitote quoniam vbi me

Mercu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Mercurius cauterio mortuum examinavit, vbi Minos nudum vidît, ex notis animę intellexerunt me virũm eſſe, qui dum ſuperſtes eram conatus ſemper fui plures bonos facere, quàm relinquere malos, quarum ſphragidum tale præmium accepi, vt magni Ageſilai homo eſſem, & fui multo tempore vivens intra ejus vela, in quibus dum hæc lego Virgiliana carmina quæ ſe tota aulæis Proſerpinę immiſcuerant.

alius latio jã partus Achilles
Natus & ipſe Dea.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Meme ipſum interrogavi. An non alius etiam Petronius poſſet naſci orbi; Nam memini Petronius eram, cujus controverſiæ vos an fuerim, ſitis arbitri. Impatientiſſimo ergo animo tot annos manſi in illa vmbra, donec in mentem venit ut allato.

—*ramo qui veſte latebat.*

Æneas in orcum potuit deſcendere. Sic eodem ablato

—*ramo qui veſte lateret.*

Petronium poſſe ad Superos aſcendere. Nec fides quidem Orci vana fuit; furto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

furto enim oſtendére quotidiana veſtigia Mercurij ſequutus, cito me vidi extra regna Libitinæ, & ſic non tantum caput, ſed pedem fugæ repperi; vbi vos me nunc videtis non mutilum illum & truncum, qualem me habuiſtis ſemper, ſed integrum: & ſenſit prima tellus quam calcavi vim furti, vt nullus ibi naſcatur ſine nativo furandi ſtratagemate: & eſt quod dicunt de lira Apollinis: quàm quia depoſuerat hic Deus in muris Alcathoes vrbis.

—*ſaxo ſonus eius inhæſit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Nolite verò, ſi homíues eſtis à me quærere, quid primùm viderim. Nam Deus.

Os homini ſublime dedit cælumque tueri
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus

Cælum ergo primùm vidi, & ſtellas Aulam intelligo magni principis. namque

Sunt ſtellæ procerum ſimiles. & ipſi *aulici ſi quæ ſtellæ ſunt, planetæ ſunt, nihil enim fixum aut firmum lucet in tali Cælo, in quo hebe ſæpiſsimè cadit, & nectar deo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

deorum effundit, magnòque ſui dedecore Cælo pellitur.
Salutavi verò lucem, & Vale dixi tenebris.

Nunc te nox quæ me manſiſti
mitto ut Celcus die
Vt mortalibus illuceſcas luce clara & candida.

Idque ut viderem quò me admitterent aliquæ augurales aves, atque quieſcerem; nam vix ex curſura anhelitum ducebam, & non pulmoneis pedibus currens, pulmones tamen læſeram: veritus autem ſum ne tunc totus illaberetur orbis; & miſeratus Atlan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tem dolebam illum gememere ſub pondere deorum, nutare ei caput, humeros incurvari præ tanta deorum curſitatione; quia pompa erat magna pro novi Dei conſecratione, ut poteram conijcere, & intellexiſſem niſi nubes oculatum teſtem me eſſe myſteriorum Cæli recuſaſſet: Cui tamen ego quia nullus ad manum agnus erat, digiti ſanguine feci, ſed mox fama nuntiante factus ſum auritus teſtis, & cognovi mira ſpectacula fortunæ humanæ, nec enim tam

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

concuſſus eſt equus Dura-
teus per Laocoontis ha-
ſtam.

— vteroque recuſſo
Inſonuêre cavæ, ſonitumque
dedere cavernæ.

Aut ventorum antra con-
cutiente ea patre ſuo, quã
tota tellus caſu vnius viri
commota eſt.

Vidiſſes eam Poliphemi
inſtar effoſſo oculo huc
illuc manum conferre, aut
inſtar Celocis hac illac
impelli; & *niſi navis iſta in*
anchora ſua reperiſſet Del-
phinum, aut potiùs in Del-
phino anchoram, *debebat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ictum ſcopulis, ludibriū ventis, & littori tabulas magni naufragij. Sed quia *non tanta illis populis cura Phænicis mortui, quàm nati, & mortuorū curam illi relinquunt ſuperis,* Apum ibi nullam inſaniam vidi, quibus

Rege incolumi mens omnibus vna.
Amiſſo rupere fidem, conſtructaque mella
Diripuere ipſæ & crates ſolvere favorum.

Niſi etiam alia eſt Helena, vt quemadmodum ſepulchrum Orphei vocalem fecit integram inſulam; & Solo-

Solonis cineres ſparſi tutam injuriâ reddiderunt regionem: ita pacificam reliquerit regionem Regis pacifici tumulus: tumulum dico, nam jamdiu dictum eſt de Iove in Creta eſſe ſepultum.

Interim, quia mea res mihi charior erat re publica, & Nemeſis vbique timenda, exiſtimavi Pronoea dea me indigere, quæ mihi annulum Gigis daret, & faceret ut ſi muſca major telas aranearum inferni ruperam, nullæ hîc naſcerentur araneę textura meliores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

liores, ſed omnia noſtra aut virtus aut dolus pervaderet, & fierem ego vt polypus, qui quam terram tetigerim tenerem, fierem vt Pythagoreus, qui nunquam redirem per eandem viam, nunquam aquam putei ſitirem, quia ibi audio animas verſari: quæ ſi me viderent bibentem, larvæ fierent contra me, & raperent: quod etſi non eſſet moleſtū rapi à nymphis tanquam Hylam, eſſet à larvis tanquam Oreſtem. Orabam etiam jam comitia, quæ de pedibus meis

fiebant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſiebant apud inferos muſculus aliquis interrumperet, Spartam hanc colerem, Coloniam hanc Arpinatum habitarem, nunquam inde contollerem gradum, declinarem me extra ictum omnem, me memoriam mei amitteret abſentis orcus præſentiſq; figuram, quod ita dictum à me volui, vt optima hac voce finierim:

me faciat quod volt Iupiter.

Quibus precibus deę oblatis tanquam aurum & argentũ merum eſſet & quaſi dea eſſet ſatis propitia ac præſens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

præſens, ſtatim pergo ad homines, ad forum, ubi exaudivi quid fieret, repe-rique tantùm Anaxagoræ principia turbida omnia, etiam voces *tene, feri, duc, da, caue.*

Vnde me ſubduxi extemplo tanquam à ſecundis orci faucibus, preter quod etiam timebam incantatorum vim vbi tot erant murmura,

Murmure nam magico tenues exire figuras,
Atque ſepulchrales ſcitè incantare favillas:
Vita itidem ſpoliare alios ars noxia novit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Moxque incidi in hominem ſolum, qui huc ad contemplandum venerat, & mihi videbatur multis rebus non indigere, quas per Plutonis numen ſibi comparaſſet, niſi fortè per Mercurium potuiſſet; nam ſtatim in ore artẽ habuit, qua poſſet tam citò nudas facere mulieres quam Paris fecit deas: Quod ego mirabar non tam in vſum aliquem quàm vt ad alia mihi facerem beuevòlum, & conſulerem hoſpitio, egoque etſi noſci nolebam,

ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

aliquem cognoſcerem.
Nihilominus quia peregrinorum iſta ratio eſt, vt de patria, de nomine, de ſtudijs interrogent poſtquam me ille ſuper his interrogavit, partes meas loquendi ſumpſi, breves circa meipſum, longiſſimas circa alia: & quia ipſe expetiſſebat de patria mea loquutus ſum, vt qui de Nili fontibus natum me dixi ſub Ariete in regione feraciſſima de nomine

Vt quidem artifices noſtro
faciunt ſeclo,
Qui pretium operibus majus
inve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

inveniunt,
Novo ſi marmori aſcripſe-
runt Praxitelen, ſuo
Detrito, Myronem argento.
Nam Petronium me dixi
De ſtudio ſic vocem emiſi.
Omnigena in literatura
tanquã Empedocles Quin-
quertio ſum, & hiſtrioriam
facio quã volo. Tum Ty-
chæus noſter (id enim no-
minis habuit) Megabiſem
agens, contentus erudito
reſponſo, fingenſque ſe
terram illam noſſe quæ
ſub Ariete, altiſſimo ſi-
lentio mihi plaudit, niſi
quod nobilitatis meæ &
artium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

artium profeſſionē adhuc ſcire voluit. Cui ego de nobilitate ſic dixi. *Parentis certi magna eſt quæſtio: Sæpe enim ſub nomine Amphitruonis naſcuntur Iovis filij, nec Telemachus hanc quæſtionem ſolveret :* tu tamen vides me non cretatis pedibus advenire: Avi mei Parcarum affines erant, nimirum Scribæ Regis Porſenæ. Sciunt autem omnes —*præmia Scribæ. Prætextam & latum clavum prunæque eatillum.*
Nolo autem nunc ducere ramum vllum à Iove, etſi poſſem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

oſſem, donec talis ero; ex
aſu ergo illo Regis manſit
— *ſine luce genus, ſurdum-*
que parentum
Nomen.

De meritis verò artis
quibus poteram eſſe eme-
itus, dixi nunquam me,
llum magiſtrum ita ex-
ploraſſe, ut bovem Api-
dem, quem antequam ſa-
cer haberetur, uidebant an
certas notas haberet, ſed
potiùs Aquilam me ſem-
per imitatum, quæ magis
oculis teſtatur ſe poſſe cœ-
lum intueri, quàm pennis,
paſſumque ut mihi fieret
quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quod fiebat alitibus in luco deæ Ericinæ.

—quo non admittitur ales,
Ni probet ante ſuos diva ſub judice cantus,
Quæ placuit fruitur ramis quæ victa recedit.

Tunc Tycheus tandem apprehenſa manu, fit mihi Mercurius ad proprias ædeis, egòque ſequor & ingredior. Quid enim difficile, quæ domus clauſa aut obſignata illi qui fecit orco viam; Dominam autem domus conatus ſtatim mihi conciliare benevolo vultu vt eſſet quod dixit Pinda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Pindarus, facies operis ſplendidiſſima; illaque mihi aſſurgere, me ſalutare ſonitu tanto clavium, vt vix ejus prima verba audiverim, & arriſiſſet mihi illa impenſiùs niſi clades recens domum gravaſſet, vnde magno illi conſtitit vultum componere ad lætitiam gratæ hoſpitæ, & maritus ejus Tycheus qui lędi dolorem ejus videbat, læto vultu properavit excuſare vxorem quod de duobus liberis alterum amiſiſſet. Quibus auditis ego conſternatus ne vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

rer ad riſum tantùm factus ſtatim condolui, ne fructu optimo miſerationis mulierem fraudarem, ſicque quia & alias Epheſinam mulierem memineram placatam, reſpondi. Vidit talia mala jam diu hic orbis ô hera, ſed tulit ſemper hæc virtus mala, nec tibi indulgendum *dolori* ſuadeo, qui *habet hoc proprium vt in ſeipſum ſæviat*, prudens es, optima es, caſtiſſima es, ſed minùs felix, impijs plerumque matribus, vivunt aliorum patrum plures filij: ſed *an id*

novum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

novum malos ornare fortunam, an non ſcis, an non ſciunt omnes quod malus

——ſuaſque Perſeus aureas
ſtellas habet?

Quanquam nec illi felices, ſed tu, & tui ſimiles ſi mentem Dei pervideas, nam ſi ſcis placuiſſe Imperatori magno dividere imperium poſſe cum Iove, placeat tibi filios diviſiſſe cum Deo, qui etſi elegerit, fortè deceptus vt olim in bove Promethei, reliquit tibi meliorem.

Hæc autem dicebam, quia adventu ſuperſtitis pueri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

videbam noſtros ſermones claudendos, nam tanquam oratio mea fuiſſet aliqua verticordia, laudavit mihi illa puerum vivum, ſtudia ætatis, argumenta ingenij & libidinum, ita ut aliqua vitia bona mater virtutes vocaret; emebat enim patientiam meam honore cœnæ, aures meas ſtulto amore filij verberando, in quo ſi me valdè læſerat, valdè me ultus ſum, in menſa quæ me expectabat ornatiſſima. Et ecce deſcendit de abaco Thetys quæ per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

manus noſtras curreret: quare ſtatim accubuimus, Deumque laudavimus, vbi ego interſerui hanc vocem, vt mihi Deus vim Ioſue daret, quâ Solem & horas ſiſterem, hoc fine, vt eſſet cœna longiſſima.

Edebamus igitur, egoque adpetente maximè cibum ſtomacho, & copioſa abundabat rerum varietas: vbi tamen non fui ſine timore ut expedit, non illo Dämoclis timentis imminentem capiti gladium, ſed iſto ne carbones in opſonijs pro theſauro inve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nirem ; quoties enim in hoc decipior, non facilè mecum poſteà redeo in gratiam, & tam torqueor, quando dempta mihi particula de cœna, illius horam perdo quam Imperator ille quando amici diem perdebat; illi verò, vt mos eſt vulgi certatim Cajus & Caja, verbis penè ad imperium conceptis ſubclamantes hortabantur vt ederem & maderem vnctus, quod ego certatim præſtabam vt illi certatim petebant, nam ſicut videbam illos conari ne deeſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſet, fabro labor, ego præſtare, labòri faber ne deeſſet, alioquin corrupiſſem tanti hortatus gràtiam, ni ſplendente hilare convivio & læta domo pollucibiliter opus edendo approbarem, maximè ſanè cùm *magna* meditarer quę *nunquam contingit aquæ potores peregiſſe*, nam hoc prætextu calices multi abierunt quo priores multi abierant: vnde antequam ſurgeremus viſi mihi ſunt dij dominus dominaque. An non enim deos cognoſcas vbi catamiti ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ctar fundunt, vbi homines tanquam Vulcani titubant inter deos, ita quidquid jubebant obtemperabam; *difficilè eſt* enim Deo *reſiſtere:* ſed quia me ſæpiùs accuſabant quòd non ederem, quòd non biberem: reſpondi tandem quod veſpa fucis negantibus favos apum eſſe,

Apertum eſt quis non poſſit aut quis fecerit.

Illiſque iterum vrgentibus quod non ederem, dixi rurſus:

Vbi ſtrigandum & vbi currendum eſt ſcio.

Vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Videbam enim homines, etſi humiles eſſent, dici tamen locupletes velle, & ego tantâ ſtomachi faventia edebam ut melius Saturno lapides involutos voraſſem: venitque interim fœmina cum lucerna, & videbatur eſſe tota familia, quam ego ideò ſalutavi, & Hiſpanico more, ſive quia mulier erat Hiſpana, ſive quia fœdus audiebam eſſe novum cum illis in hac regione: Vincamus, exclamavi φῶς ἀγαθὸν, quod magis à me factum, quia *lucernam amicam* eſſe *Saty-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ræ audiebam, *ut flammet, ut adurat, & oſtendat crimina*; ideoque ut vidi lucernam, non ampliùs curavi ſive Phaëton, ſive Phœbus Solis equos regerent, & immergerent vndis, videbar enim mihi cœlo recipiendus propter vinum, ut Triptolemus propter fruges. Ita ſecuri ſurreximus, & ad ignem acceſſimus, egoque magis gratias Deo egi quàm Deę; ille enim me ſuâ mensâ dignatus erat, non autem illa cubili. Vbi poſt aliquas verborum & ſermonis

nis inducias quaſi localis ibi eſſet aliqua memoria, herus mihi ſeriò totam calamitatē publicam præclaro contextu narravit, & hiſtoriam lacrymabilem quam rumor mihi cantaverat, tanquam Muſæ ipſæ loquerentur, multâ verborum varietate, & animorum motu declaravit. Vides (inquit) Petroni, carere ſuis ſimulachris Veſtam noſtram; obijt enim nuper nobis genius noſter, Magnus Rex noſter, quo ſtante ſtabat fœlicitas noſtra, in cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

morte quemadmodum Paulus vidit ſuos triumphos inter funera, nos ejus funus vidimus inter triumphos: Et quàm verum eſt bona & mala hîc agere Caſtorem & Pollucem, ſibi ingrata vice ſuccedentia: vtinamque eſſemus ſemper miſeri, aut ſemper fœlices, aut ſuo tantùm tempore miſeri: *nec enim querela eſſet folia Antumno tempore de arboribus cadere, ſed querela eſt vi grandinis media æſtate cum pomis decidere: Nec dolor eſſet ſi Atropos filum vitæ rumperet,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ret, dum pateretur Lacheſin totam nere: ſed cælum ingratum eſt, & dij moleſti, qui Athlantem onerant cælo, & id vocant favorem; AEſculapium feriunt fulmine, & id dicunt honorem; Cleobin & Bithonem opprimunt morte ac ſomno ferreo, & id nominant mercedem: & niſi venti partem dolorum noſtrorum auræque portaſſent ad cœlos, non poſſes, Petroni, non poſſes ferre noſtras querimonias.

Cauſſa verò doloris fuit Rex tantus, princeps & Deus orbis noſtri; vt enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

illum Deus Regem fecerat, noluit ampliùs niſi cœlo vacare, magno illo juramento perſuaſus quo juraverat Rex, non ſe ſervaret, niſi pro regno ſervaret: vnde nos illum Deum regno ſervare cognovimus, quia in magnis periculis ſervavit; & ita confundebatur fœlicitas noſtra cum fortuna ejus, vt ad pacem, ſecuritatem, opes impetrandas à Deo, vnica tantùm eſſet oratio noſtra, ſalus Principis. Quare apertè diligebamus, nec jam diſſimulandum amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

putabamus vbi beneficia erant manifeſta; nam ſimul ille Rex, ſimul liberator fuit, qui vt is eſſet quanquam erat in cunis, viſus eſt non fuiſſe, vt ſciremus quod neſciſcemus, nimirum quantum illi deberet imperium ſi ante fuiſſet, vtque bellis notus Rex magis noſceretur in pace: nec id factum vt acciperet inde beneficium, ſed vt daret. An non vt daret, qui omnia perdita reſtituerat? An non vt daret, qui tot bona dederat vt interrogandus videretur, an fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

rent reditus ejus, & vnde tantus humor huic Oceano pro tot fluminibus & fluvijs, qui non major, niſi quia melior; qui ſibi accreſcere putabat quod cuique adſtruebatur, & Magiſtratum pro Magiſtratu dabat, honorem pro honore, genuſque rogandi pro candidato, quod accipiebat erat gratiarũ actio. Cum quo felice felices dicti ſumus, cujus nomen pro frugalitate Piſo fuit, pro ſapientia Lælius, pro pietate Metellus; cui perſuaſum nunquam humile
quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quid eſſe niſi odiſſe à quo
tributum eſt Rege civibus
quod ipſe cujus optaret.
O facta præclara magni
noſtri! quę nunquam præ-
ſtitit alius, aut præſtabit:
quòd ſi facturus eſt, imita-
bitur; ſi non faciat non po-
terit ſequi: facta & res
quas omnes ante illum fa-
ciendas dixerunt, ſed ne-
mini ante illum creditum
eſt poſſe fieri: facta deni-
que in quę exclamem quæ
facta, & quàm præclarè
geſta, nec conquieſco niſi
cùm video eſſe Magni no-
ſtri. illius enim eſt clemen-
tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tem & magnificum eſſe, illius eſt, non ut Saturni ætates aureas condere, ſed ferrum & æra abſcondere, magni inquam noſtri illud eſt, quia ita magnus fuit, vt non potuerit creſcere per aliam virtutem, quàm per humilitatem. Ita enim creſcit ille cui nihil ſupereſt ad augendum faſtigium cùm ſe ſubmittit, & perſeverando auget tempore dignitatem quæ ex magnitudine incrementum non habuiſſet: atque ſic exemplo & moribus ejus meliùs quam vlla veterum lege ad

fruga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

frugálitatem & moderationem noſtri ducebantur, & inveniebat modum conſtantiæ animus noſter qui ſine modo inconſtans eſt; ſic leges & imperium mores vocabantur, & intuentibus faciem Principis ſatis certa lex erat modeſtè, verecundè & honeſtè vivendi, & circumſpicientibus eos qui latera ejus tegebant, ſatis perſpecta erat merces virtutis, quâ ſanè fulcitur tota reſpublica, *etſi enim non detorquentur recta ingenia à rectâ virtute, non ſperatà tamen*

men mercede quam pluri-mùm hebetantur, vt contrà ad ſimiles redundat munus beneficiorũ, quæ merentibus tribuuntur:& quo pluribus datur, ſemper plures quibus dari poſſit ſuperſunt, nimirum quia omnes inſtruimur, & accendimur exemplo, vnde fiebat vt qui in dignitate non erant, ſperarent: qui erant alia ratione quàm illa, dolerent, & putarent non eſſe. Plura non audies, Petroni, nec enim ſinunt obortæ lacrymæ plura dicere, quanquam etiam multitudo bene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

eneficiorum & virtutum
agni noſtri impediat ex-
licare vtilitatem ſingula-
um, & vtilitas ſingularum
numerare multitudinem
mnium, finemque lau-
andi faciam, non quòd
t laudum ejus aliquis fi-
is, ſed quòd orationis
neæ. Adde quòd ſi ta-
eam, tantus quantus eſt
idetur Rex noſter, ſi lo-
uar deſinit in oratione
nea eſſe tantus, quia famâ
actorum ejus minor eſt
mnis oratio.

Cùm ſilviſſet ergo Ty-
heus, involui me etiam

ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ego ſilentio illius aliquo tempore: nam nolebam poëta videri occupando ſtatim locum communem in fortunam, in fata, in deos, in homines, in fritillum humanæ ſortis. Nam verè dolebam, & timebam minore querimoniâ prævaricari. Dixi tamen poſteà: Tychee ſuaviſſime, non tam facilè mihi concoquere iſtos ſermones tuos quos edi, aut defœcato eſſe capite poſt hos hauſtus, quàm facilè fuit tua edulia conſumere. Sed vt probè meminiſti, Ty-

chee,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ace, hæc ſunt bina dolia
vis in cœlo in quibus
vimus, vt non ſit novum
iogenem in dolio habi-
iſſe: inde nobis deſluunt
depluunt tot mala.
uod verò ſpectat ad Ma-
num tuum, facillimè mi-
i perſuadeo te falli: &
uemadmodum Ceres prę
olore indecorè ſe geſſit
ga Pelopem humerum
us edendo, ita tu non
eminiſti immortalitatis
eorum: *Non hæc quæ putas*
atiuntur heroes, ſed nebula
lerumq; pro illis. Audiviſti
uod dictum pro Ænea:

Tu

Tu potes AEneam manibus ſubducere Graium,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inaneis.

Hoc factum pro tuo Magno, Immortalitas virtutum ejus, immortalitatem animæ illius arguebat. Hęc anima ignis erat Veſtalium inextinguibilis. Hic Heros civis eſſe debebat viæ lacteæ, & noverat ſine dubio Alexander gentilis ejus ſupra montem Atho ſe iturum, quando illum montem pro ſimulachro recuſavit. Quod ſi mortuus videtur Rex veſter, fuit ipſe totius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

totius regni Simeon, vbi vidit ſalutem populi ſui obijt, omnia perfecta reliquit præter vitam, in quo tamen non deſperandum: ſed *quod dij dant inimici, amicè ferendum eſt, ſemper enim reperiet Iaſon aliquam Medeam, & Theſeus aliquam Ariadnem quæ ipſum liberet.* Sperandum ergo, ſperandum, nam ſi Rex obijt, fecit quicquid Rex Magnus potuit: ſæpe triumphavit, ſemel mortuus eſt: Si Rex obijt qui erat octavum mundi miraculum, obiit quia alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſeptem miracula perierant: ſi vulneribus, ſic factum eſt vt inter deos noſceretur. Obijt quidem, ſed moriendo ſtetit, non jacuit: ſtetit in tumulo, vt non mirareris ejus gloriam quæ limites non habet etiam in tumulo prædicari: cuius tamen nomen in nullo legimus tumulo ſcriptum, aut vt non nominetur vbi mors nominabitur, aut quia alibi paſſim vbique vivit. Quòd enim moriens nihil dixit, non recuſabat eſſe Deus: quod ſanguinem hîc reliquit, ſic fiebat Deus,
nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nam dij omnes homerici tanquam cicadæ exangues ſunt: bella verò quæ times tradet Boreæ deus portanda in mare : nec enim tam parva ſunt tui Regis beneficia, quin bella impediant: aut tantæ cœlo iræ vt bella provocent.

Omnia tuta vides.

Clauſas belii portas, non ignaros mali populos, homines vos non feras: vnum & commune ſeditionum periculum, vnum & communem periculi metum: contra quē tamen in Regis veſtri tumulo ſcriptū legi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Hæc ara tuebitur omnes. Ad quam ſi procumbimus, erimus tanquam Hyperborei, qui diſcordiam neſciunt; ibi docebimur Deum placare, Deo ſacrificare, Deum laudare, Deo etiam de malis, in malis, gratias agere, namque *virum bonum ſonare volo tanquam Thermitanas arundines quæ accommodatiſſimæ ſunt in omnem ſonum tibiarum, ſive præcentorias quæ antecedunt, ſive puellatorias, quibus à ſono clariore vocamendatur; ſive Gingrinas quæ breviores licet ſubtilio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ribus tamen nodis inſonent: aut Milvinas quæ in accentus exeunt acutiſſimos, aut Lydias quas & thurarias dicunt, vel Corinthias, vel AEgyptias, aliaſve à Muſicis per diverſas officiorum & nominum ſpecies ſeparatas; ita enim virum ſapientem jubeo paratum eſſe ad omnem fortunarum habitum.

Hæc cùm dixiſſemus & exploratum maneret vtrique quid eſſet verus dolor, & omnia flerent, omnia lugerent, egoque nihil aliud expectarem quàm ut mihi fieret poteſtas abeundi & dice-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

diceretur ab homine ſatis caprimulgo.

Ite domum ſaturæ, venit
Heſperus, ite capellæ.

Tamen quia ipſe in remotis rupibus viderat Pana fiſtulâ canentem verſus in funere Magni ſui, aliquos mihi recitavit.

Pierides non me magnum
fecêre Poëtam,
Sed me devotum Regi fecêre
dolores,
Et quæ non Phœbus vult jam
mihi fundere,
Ipſe vocatus amor lacrymis
mihi verba miniſtrat.
Nam quam te memorē Prin-
ceps,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ceps, totumque per orbem
Cantatas laudes, tollamque ad ſidera nomen!
Pyramides vtinam & noſtro de carmine poſſent
Surgere, pyramide eſſes ſuſpenſior omni:
Et quanquam non noſtra decus tibi Muſa canendo
Quærit ab ingenio noſtro, fortiſsime Princeps,
Quærit in ingenio tamen ipſo dicere verſum
AEternum, & tali vellet tibi voce placere,
Carmine ſed parvo, Regi me ſubdere magno
Fas quoniam, ambitione lyræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nil dicimus vltra

Poſſem, dixi, majore fiducia tibi fatibus majoris dei verſus dicere, ſed meis tantùm reſpondebo.

Divinorum animus patente cælo.
Tanquam liber equus potitur illo,
Vt campo vndique & vndiquaque aperto
Regis inde animus polis amicus
Scandit culmina cuncta magni olympi.
Occurramus ei lyrâ, & caniſtro
Verborum, aut potiùs ſequamur

mur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mur illum.

Nam jam paſſibus occupavit
aſtra,
Divum & vocibus eſt inau-
guratus
Divus, quo pia ſubvolare
tantum
Eſt fas vota hominum, æthe-
rea namque divum
Sedes, nos humiliore regno,
Vis major rapiat donec, mo-
ramur.

Vndanter autem flebam, ita ut mihi viderentur Muſæ in ore, & Hyppocrene in oculis.

—nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Dixi, ô Tychee: triſtes enim etſi ſunt honores oculorum meorum, quos mihi adflaverunt amores tui Principis, ſunt tamen veri honores quo magnū Deum lugemus (dictus enim Deus é machinâ à concilio deorum) & nollem amare niſi poſſem flere ſuper funere amici, vt Paſiphaë nolebat eſſe in tauro, & ibi amare, níſi poſſet mugire.

Εἰ ποθέειν (inquit) μ᾽ ἐδίδαξας ἐν οὔρεσι ταῦειν ἀλήτην
Μυκηθμόν με δίδαξον ὅπως φίλον ἀνδρα καλέσσω.

Nam

Nam dolorem ego pariter & gaudia vt illi veteres ſua ſomnia ſtatim cœlo oſtendo, aut Soli narro; ſi quod amo adeſt, non poſſum expleri intuendo; ſi abeſt, non poſſum ſatiari cupiendo. Sedebamus ſemper ego & Tycheus, ſed ego occaſionem ſurgendi arripui iſtam hoc verſu:

— ſedet æternumq; ſedebit
Infœlix Theſeus.

O Tychee, nos non ita, quare bonâ tuá veniâ ſurgemus, ne videamur laborare magno morbo quo neſciunt aliqui ſilere: ipſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

que qui anteà mihi ſæpe annuerat dormiendo, viſus tunc voce nutus ſuos confirmare. Non indecora ergo hoſpiti novo puella præcedit, & veſperum agit ſuâ face vt mihi præluceat in triclinium decretum eunti. Sanè illa mihi gratiarum numerum augére videbatur, in hoc maximè quod cum periculum ſit deas alias videre nudas, vt de Minervâ dicunt, in hac nullum mihi videbatur, quemadmodum nec in gratijs quæ nudæ ſemper ſunt; ſed hac nocte tenui

linguam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

linguam & manus, credendo quod *conſuetudo concinnat amorem, in quo videndum ne trahere velis, ſed ducere nam fatum aliquod eſt in amore.*

fatum eſt in partibus illis
Quas ſinus abſcundit.

In quo melius ſi volentes ſequantur, quàm ſi nolentes trahantur; illud enim eſt amoris opus, iſtud monſtrum Veneris: quare conquievi, ne viderer ſequi ſtatim Italiamfugientẽ, ut de Æneâ dixit Vates. Et quia poëta eram, memini ſortis *Poetarum*, quibus *tam malè*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſemper ſucceſſit amor, ut invenerint ſemper infortunium in amica: nec id ſine Deo duce; nam primus Apollo fugitivam Daphnem vidit. Retrahebam ergo voces, & verba revocabam ab ore meo, ne puella audiret: & imitabar Cacum quando verſis viarū indicijs & diſſimulatione, trahens boves cauda occultabat, ſed nihilominus incluſus amor aliquādo mugiebat ut etiā

Reddidit una boum vocem,
vaſtoque ſub antro
Mugijt, & Caci ſpem cuſtodita fefellit.

Silvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Silui tandem tamen, ne veniret Hercules,& puella abijt: neſcio an cogitans me non ſtatim dormiturum, & voluiſſem quidem ut ipſa ſciſſet mea pervigilia, miſericors enim fortè mœſta fuiſſet non poſſe noſtro dolore frui. Nam veriſſimum eſt quod tota nocte hanc ſtultitiam paſſus volebam mori (miſerationem enim & ſpem tenebræ non habent) niſi ſomnus veniſſet qui me papavere ſuo aſperſit dum hæc dicebam:

Vllas ſi faculas puella cœli,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Ulla & ſidera cōſpicis polorū,
Cur non hos geminos vides ocellos
Qui lucent magis ignibus polorum,
Et ſunt ſidera clariora multo,
Et lucent tibi ſi & fores viderent.

Obtemperavi ergo placidiſſimis legibus ſomni, donec ille me liberum fecit, & quò vellem ire permiſit; nam Sol me viderat antequam ego & potuiſſem capi cum Veneré ſi fuiſſem: reperit autem me qualem reliquerat, ſumus enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nim animati pro negotij modo, aboleri autem vultus puellæ non poterat, ſed infixus ſerat pectoribus: egoque ſenſi idem eſſe ſidus veſperum & luciferum, dixique, valeret Sol, & alijs luceret : ex quo meus Sol mihi ſuam lucem abſtulerat, omnia tenebris inhorreſcere; conſcientiâ enim quadam id faciebam, nam ſi mari quæſita Neptuno, ſi merces Ceteri, ſi lucra Mercurio libantur, hunc puellæ amorem ad authorem fas fuit referre, dum ſolus eram tamen:
nam
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nam coram hera ſtatueram ne viderentur in vultu meo vlla ſigna amoris; *nec enim verus amor habet jactantiam, aut ardorem hunc tangit ambitio.* Vbi etſi ſtudium diſſimulandi dulce videbatur, cura tamen erat non mediocris; nam domina inſpectante non minùs quàm Craſſus coram Scęvola pauliſper eam abſcedere optabam, quod ea præſente ineptus eſſe non poſſem. Quid ergo feci, cùm pridiè viſus eſſem ſatis ingenuus & lætus fingo ſimplicem & rudem, ſic

ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

animum geniumq; meum deturpans ac fraudans, & hoc faciens in animo quod in corpore nobilis Ethruriæ adoleſcens, quem dicunt vultus candorem & oris nitorem cicatricibus altè impreſſis devenuſtaſſe, cùm propter eximiam formæ dignitatem multarum in ſe fœminarum amores excitaret. Si quidem ego ardorem amoris obumbravi nimbis frontis, vt eruerem oculos providentiæ Caiæ, non quòd tamen plus per concilium conficere poſſe putarem quám per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

per fortunam; ſpe etiam contra concilia nos non deſerente. Quare ſtatui illis veſtigijs ſtare vel cadere ut de Catilinarijs ferunt, & quam in oculis habebam, in oſculis etiam habere; tota enim illa tranſiverat in vota: at ſperabam ut ſi navis noſtra allideretur ad aliquam charybdim naufragij tabulas Taurominitanis littoribus exponendas. Nubiles ergo ſerenæ menti vultus induebam, & imitabar triſtia lætus, niſi *vera amarities eſt amor*; incedebam, inquam, vultu

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

on meo,ſed ad dominam
ccommodato, tanquam
ub tyranno viverem: &
roderat mihi quod vul-
us iſte juxta dignitatem
modeſtiæ meæ videbatur.
Vt venio ergo in conſpe-
tum puellæ, quod factum
ſt dum manè ſalutavi hoſ-
pites meos, ut *vetitorum*
nullum poteſt eſſe faſtidium,
ovum dictu præſentem
xpetebam, ſervatâ tamen
x compoſito majeſtate
quam ſolus cum puella lę-
lebam, & imminuebam
acili me ludo, riſu, jocis,
ſalibus; tunc enim ſeſe na-

tura

tura promebat, nec tantam adhibebat actionibus, quantam ars difficultatẽ. *Vt* enim *vides aquam, quo diutius cohibeas, fortiùs erumpere, & feſtinare largos fontes qui non teneantur, ita in amore* noſtro fiebat. Tũc autem ne vllam amicitiæ occaſionem perderem, docebam puellam quid oculi poſſent loqui, ut ea poſſet etiam tacens ſuum nobis dare ſuffragium, & ſe inſinuare æquè obtutibus ac ſermone; corrupiſſet enim multa deſideria taciturnitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tas niſi oculo invaretur.
ed non diceres aucta eſt
avitas ipſius gravitatis
iſſimulatione, nec conti-
natus eſt noſter amor, ſi-
 quia me volui vincere,
ve etiam quia me alia ha-
ebar, aut quia non planè
abebat ſuas vices amor
ie, aut denique quia co-
gitabam finem ſæpiùs a-
noris eſſe odium, eſſeque
nagnificum ab omni ſe vi-
iorum contagione revo-
are: & ſanè viſus eſt mihi
ultus ille habitus quo
nemet ipſum decipiebam,
iſa inſana cura velle eſſe
puellæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

puellæ candidatum, quod
etſi magnum cùm propo
nebam, magnum etiam
quando præſtiti; pręſtiti e-
nim, & vtinam faciam iſta
ſemper, in quo cognovi ſę-
piſſime nobis tam facilè à
propoſito deſiſtere, quàm
Scytarũ ſervis qui oſtenſo
flagro, & viſis dominis par-
mulas abiecere. Alius ergo
mihi labor, & in alio foro
res meæ fuerunt, quod
amoris ſub homine prudente
ſemper mala cauſa ſit.

Nulla ideò majori morâ
violandam puto cogita-
tionem bonam; violari
enim

enim interpretabar, non fugere locum qui læſerat, fabulâ me id docente mulieris parturientis, quæ cùm onus ventris deponere vellet, lectum conſcium concubitus fugiebat.

Minimè (aiebat) illo poſſe confido loco
Malum finiri quo conceptum eſt initio.

Sed quod magis mihi riſum movit, fuit tam ſubita mutatio, ut verè reliquerim ibi de me ſuſpicionem cujuſdam Prothei. Nam repens iungebam ac miſcebam res omnium diver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſiſſimas vultum Catonis & Imeri, ſtatim etſi nulla neceſſitudo intercederet inter frontem ſerenam & triſtem, amori tamen odiũ adoptabam. Quare agnovit ſibi dici vale amor noſter, maximè ex properatione noſtrâ, & doluit, & calcatos humeros ſupervolans impedivit ne properarem, eundo enim non eodem paſſu ibant animus & pedes, nam quaſi Orpheus ad Euridicem retrò ſæpiſſime aſpiciebam, & in hoc adhuc verus Orpheus nullam Euridicem reperiebam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

bam; & ne puteris in tenui eſſe laborem illum quo quis avem iſtam amoris expellat, aut minùs mereri quàm Dalaïs & Zetes ob Harpyas fugatas: multorum quia animus ad virtutem comparatus eſt, & ad temperantiam non ſine maximo labore, quòd non crederes cùm vides omnia pacata. Sed *quemadmodum in ſegetibus purgati ſoli laborem, & agricolarum induſtriam non vident qui fruges intuentur: ita cùm vides multorum efflorescentes virtutes non cernis exciſas mul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tas difficultates, non cernis ægrum fuiſſe ad honeſtatem recurſum eorũ qui jam pedẽ in nequitia poſuerant abij tamen, & vici: clavi verò alij expulere hunc clavum, amicitia amorem expulit, idque optimo animę meæ medicamento, ne iret ad extrema, incidi enim in hominem qui Deum amaret, & ingenium coleret, quem ſtatim dignum amore putavi; *Amor* enim *Dei, fundamentum* mihi videbatur *omnis amicitiæ, amor, ingenij adminiculum*, nam etſi hic amor neminem divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

divitem fecit, verum eſt ſi ſolus, non ſi mixtus alteri amori. Serpebant ergo multæ ſalutationes, coibant varij amplexus, & vbi quiſque cauſas amicitiæ intellexit, flebamus gaudio. Quid enim non diximus? omnia certè, ego niſi vnum nempe me Orcinum fuiſſe.

Magna eſt profectò vis poſt ſolitudinem & Timonianam vitam ſurgentium gaudiorum ob repertum amicum, tam magna quâm magna eſt fœlicitas iſto ſæculo, & certè non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tam ovavit populus Ægyptius, non tam exclamavit invento ſuo Oſiri, quàm ego meo Timæo; nam *etſi munus deorum primum eſt in lucem venire, magna & admiranda felicitas eſt, non ſolum, ſed cum amico in ca... durare*: ſtatim ergo atque candidati amicitiæ, ſtatim amici fuimus. Sed accipite amicitiæ noſtræ & magnum huius Dei incrementum.

Non niſi haruſpicina factum eſt nos eſſe amicos, nam ego id ſtatim vidi ex extis, & ex iecore inſpexi:

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſed quæ exta putas? non aliena, ſed noſtra, ſed mea. In amicitiâ ergo nihil delicatum vni, quod eſſet aſperum alteri: in ea nihil peccatum niſi fato aut errore fortuæ: in eâ quod vnus voluit, alter optavit: vnuſquiſque velut ſui oblitus alteri vixit: ſi cuiuſdam rei alter inventor erat, alterius manus perficiebat: ſi quid alterutri præſtabatur, amborum erat, & nobis ſolis dij immortales qui omnia bona mortalibus diviſerunt, dividere nihil potuerunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

non joca, non ſeria, non dextras, non colloquia: vt jam apud nos verum eſſet non tam Iovis omnia eſſe plena, quàm amoris; *Inſuperabile eſt* enim *genus ambitionis, quo contendere ſolent duo amici*: & vt Sol tempore incaleſcit, & auguſtior fit luminis claritate, inter tenera diei primordia moderatus ardentior ipſo meridie: ita noſter amor quo ſe magis confirmabat actibus, creſcebat adfectu, & triumphus hic major mihi videbatur alligati mihi amici quàm

quàm Xerxi, ob pedicas in Neptnum conjectas: & certè, aiebamus hoc vnum nobis in orbe relictum eſt nobile & admirandum vt amemus, nec jam honores, nec opes vllæ nobis expetendæ ſunt, nam non ſuccedunt nobis hæc vota,
Verum eſt aviditas dives, & pauper pudor.
Conſideremus enim *totam civitatem, quid aliud ea tibi videtur quàm Ardelionum natio impediens bonos, omnia agendo occupata, alticincta ad omne opus vt Diana ad venationem, niſi ſit vnus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

fortè qui ſtatuit, nec alijs prodeſſe, nec ſibi quicquam poſſe, vt dixit pullus ad margaritam. Aliquorum ingenia ſimilia ſunt mendicorũ corporibus, his enim ſua cuique calamitas tanquam ars aſſignatur, illiſque ſuum vitium tanquam fortuna prædicatur: & ſi quem alea commendet alicui Principi, ſi quem choreæ, non ſunt ſine præmio illa vitia. Aliorum animus per vitia tantum eſt ingens: aliquos vota in ædes & campos Craſſi & Licini mittunt: multi ſtupidi conantur grati eſſe Principibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

bus, vt olim nulla ſtatua quæ non alicujus Dei tutelæ dicaretur. Cælum nunquam aliqui reſpiciunt, ne videantur homines: Deorum enim eſt deorſum aſpicere, hominumque ſurſum, qui ignorant tamen Minervam oculos ſuſtuliſſe in cælũ dum ab Ajace violabatur Caſſandra.

Quod ſi velis interrogare rumorem, paucos invenies qui non inciderint in alquam fabulam. Coragius (dicet rumor) queritur vt pavo ad Iunonem:

Quo mi (inquit) mutam ſpeciem ſi vincor ſono?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Si fuſi me expugnant, derideturque vox mea: Quare ſi pecco, excuſandus, quia peccarem, niſi ſic peccarem. Rhetiarius omnia pro ſalute facit, & facturus eſt, qui tamen dum fata timebit veniet ad fatum ſuum; & qui misereri potuit, miſericordiam optabit: expectat enim de eo orbis illud melius quod olim Roma de Othone expectavit. Rhetiarius enim, vt de Fabio maximo dicebatur, quaſi formoſus es, quaſi diſertus es: ita quaſi bonus eſt non bonus: vnde quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quandiu meliſſa eſt, mel habet; quandiu arachne, venenum: nec vt Phœnix ſe reſtituit, ita ipſe ſi pereat. Atque etſi difficile eſt demergi ignem magnum, qualis Rhetiarius eſt, ſine ſtridore, vt neque Solem videat quis occidere niſi

Audiet Herculeo ſtridentem
gurgite Solem.

Sive enim emergat, ſive ſe mergat, apud Suionas ſonitus ejus auditur, non tamen id in hoc igne timendum ſi mergatur: quòd ſi ſtrideat, nemo curabit hunc ſonitum; nam eò re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

dictæ ſunt res illius, vt niſi luce careat ſuâ, aut meliore luceat, nunquam patrocinium inveniat; multis enim nautis ſolitarium Helenæ ſidus non placet: is tamen non eget conſolatione nã, etſi perit, diutiùs perire poteſt quã alij creſcere. Polybius ſuam ſcribit hiſtoriam, & rumores compenſat Apologeticis. Sebaſtius ſolus præcordia habet boni luti, & patrijs ceris nil niſi dignum agit: ideoque Muſæ non minùs illum amant quàm ipſe eas. Pomponius Lętus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

adpetivit cibum quo qui innutritus erat, iugulatus fuerat. Germanicus eſt factus Megaricus. Morus reliquias bonas vitæ non tam bonæ reliquit. Triſmegiſtus etſi læſus, non vult in quinari ignavo ſanguine. Novatus inſignis eſſet, niſi noſſemus animum ejus, genuſque; nam nullâ avorum conciliatrice famâ eſt magnus, ſollicitus tamen Vir eſt nam ſi formicæ ſollicitæ

Cur non provideat bellua magna ſibi.

Achilles tanquam roſæ

ſenecta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſenecta ſuavem tantùm
ſervat iuventæ odorem.
Supremus, egregius eſt,
imò regius Heros, non e-
nim virum dixero. Sylvius
primum honeſtè fugit, aut
vt fera avis apertâ caveâ
non eijcitur, ſed evolat: ſic
ille qui poſt amiſſam ſuam
ætatem auream latuit in
ſuo latio: ſed vt pius Æneas
quæcumque voluit priùs
ſecum exportavit: ejus ve-
rò ſocij alij tanquam
Diomedæi in aves mutati
aufugerunt, alij tanquam
magnæ alicui navi annexæ
cymbę cum illo perierunt.

Manu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Ianuſius eſt Epicureus
cus, nec ipſe negotium
abet, nec alijs præbet,
utatque galerum facere
Iercurium: Ricius expe-
tat terram gravem mor-
uus, vt ipſe vivus eſt ipſi
erræ gravis. Cerdonius ad
ortuli ſtructuram alter
Xerxes, alterum Atho
nontem perfodit. Bar-
hius niſi fatuus eſſet, mul-
i non viverent. Cercion
ob ignem animæ ſuæ valdè
gloriatur, quia neſcit om-
nem animæ noſtræ ignem
eſſe de ferulâ Promethei
aſinorum plantâ. Serapius
is

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

is eſt de quo miror miſe-
rum eſſe,& cum illi ſit Co-
nu, deeſſe copiæ. Lapimiu
hylas ſibi videtur,ſed null
illum rapiunt nymphæ
Lacon decepit multo
populos, vt Galba Roma
nos, qui bene præfuiſſet
nunquam præfuiſſet,& in
de gloria quâ fruitur, e
velut vultur Promethei.

Immortale iecur tundit fæ-
cundaque pœnis
Viſcera, rimaturque epulis,
habitatque ſub alto
Pectore,nec fibris requies da-
tur vlla renatis.

Seleucus non tantùm ma-
gnus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

gnus, ſed citò magnus vo-
luiſſe fieri dicitur, ſed malè
tamen cœpiſſe, quòd tam
citò deſinere debeat: quem
etſi modeſtum in hoc vi-
ſum eſſe fateantur, quòd
nobilitatem ſuam in caſâ
Romuli quæſiverit; ajunt
tamen quod hoc ipſo ſo-
lum felix erit, ſi citò caſum
videat fortunæ, & neſciat
ruinæ magnitudinem, vt
Phaëtonti & Vulcano non
tantùm doluit quando
cœlo ejecti ſunt, quod im-
penſè feſtinantes non ob-
ſervarint cœlorum diſcri-
men: ejus enim fortuna ſi
creſcat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

creſcat, magna erit ad ſtu-
porem, & exclamandum
erit:

Concurrite omnes augures,
aruſpices

ad expiandum illud por-
tentum. Satis eſſe addunt
ſi cum Vulcano aſello ve-
ctus in cœlum aſcendat,
non Pegaſo; nam etſi non
nova hæc fortunæ ſpecies:
ſed ierint & rediverint to-
ties hoc iter aliqui omni
ſæculo, evolavit tamen eo-
rum fortuna, tum quòd
primi quæſtus laude care-
bant, tum quòd jam in di-
gnitate poſiti indignos
mores

nores habebant. Nam vi-
emus vt nemo illos excu-
et, quod etſi omnæ ſæcu-
um invidiam tulit, tulit
tiam ſtultitiam. Atticus
ir magnus habitat in par-
ä domo, è parvis quia fa-
it omnia magna illi fama
rior ſufficere videtur etſi
ciat; *famam vt Echo quæ
on reddit niſi vltimas vo-
es, non reſpicere niſi ad vl-
ima facta*, vir alioquin qui
aures præberet amicis,
eu dignitatem ſpectes, ſeu
irtutes, nil habet commu-
e cum alijs: abundat e-
im probitate & iuſtitiâ,
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

de quo votum effund
vtinam ſit tam fœlicis m
moriæ mortuus quàm
vivus. Si dirobous qui n
per mortuus, talis fuit
nemo ad tumulum eju
fleverit, ſatis enim dum v
xit fleverant: nam ejus vit
ſimilis fuit Parrhaſij pictu
ris, quę non erant accurat
niſi ſervus aliquis occide
retur dum pingebat. Cin
cius vultu triſti & ſubcine
ritio iram ſuam tanquan
ignē cineri ſupponit. Ru
bio hacet duo ſcrinia Si
monidis. Centaurus tam
mellitus eſt, vt Venus A
donim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

onim ſuum cenſeat, tam
erus vt eumdem etiam
Martem putet, Tricoſius
am dicax eſt & blatero in
mnes ſibi notos, vt nulli
arcat,& credatur ignotos
i ſuperos ſi eis parcit aut
epercit. Leſius Poëta
nortuus eſt,vt Ennius qui
ivens noluit vt eum cele-
raret vllus Poëta, vt cre-
atur, ajebat mecum mor-
uos eſſe omnes Poëtas.
anctius hunc morbum,
abet ne malè quid faciat,
il bene vnquam agit. Ru-
nius non vult nubere,
uia ſperari non poſſe di-

cit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

cit vxorē eā quę meretri
fuit. Orpheus habet circ
ſe belluas quę circunſtan
duas maximè,quarum vr
vetus eſt, & nil ſapit, ni
quòd nata in Druidur
ſaltu, altera Ibridum qui
ſonat, & vtraq; eſt bellua
ſed illis nomen nōn impo
ſuit Adam, quia nondur
natæ, etſi vna videatur d
genere mulorum vari
concepta,altera de gener
taurorum humum reſpi
ciens, etſi fundi nil habet
Atque ſi probè attendas
hæc annuit, illa calcitrat
ſed vbi paſcerentur tan

mulus quàm bos niſi in
alio prȩſȩpio: nam in terra
eorum tanquam eſſet ſale
aſperſa nihil illis ſeritur, ni-
hil metitur: Mulus fiſco
domini vivit & ludit, bos
capite omnia omnibus an-
nuit: cui quidem parco
tanquam bovi aratori; ſed
ſi ſapientiam ejus quȩ is in
eo, totus ſapit, & tantùm in
capite ſenſus habet quan-
tum in pede, niſi quòd os
ejus tetram Mephitim ex-
halat; ſi præſtantiam, bos
eſt ſacer omninò, & qui tot
notas ſtultitiæ & vitiorum
in anima habet, quot apis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

in cute: nec tales belluas ſecum haberet vir ille, niſi ſe Orpheum vellet oſtendere. Belluas tibi nominavi, etſi ſint ſine nomine: ipſum enim

ſine nomine vulgus.

quod vides in vtroque: in vno duplici nomine quòd mater ejus ſit vulgivaga, in alio quòd ſit de vulgo & fabella vulgi, vtinamque nomen eorum dignum eſſet ſatyrâ; nam perirent, at timeo ne dum iugulo, vitam dem illis: *Satyræ* enim *de genere cometarum ſunt quas baiuli non timent, aut*

cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

cerdones, ſed proceres. Dolebo ergo tantùm quod belluæ illæ non cognoverunt dominum ſuum, quod facie humanâ ſint boves & muli, quod Orphei domus Ægyptus dicatur crocodilos adorans & feles.

Ceterùm Dracuntias (vt quod fama de mulieribus dicit, ſcias) amatur à marito vt Iuno à Iove quando eſt abſens: ea vero exiſtimat *non mirum fœminas tanquam Lunam dare cornua mundo, cùm dent menſtrua.* Celia diſputat contra maritũ iuriſperitum, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ille ita affixus ſit ſuis legibus, vt ad generandos filios legitimos vtendum putet actibus legitimis qui non reiterantur: ipſa enim dicit neceſſitatẽ ἀναγκαῖον καὶ τὸ αἰδοιῶν non habere leges. Cippia nulli deorum ſacrificat, excepta Venere. Remix fert viros, ſi non pueros. Salvia etſi byſſo ſplendet, torque nitet: etſi foris pictas mammas habet, ſardonichata eſt, domi tamen capra eſt marcida. Minucia facili negotio pingitur, ſi enim carbone ducatur, picta eſt. Longina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

diſſomitate tanquam Ægide pudicitiam ſuam tuetur. Candida flevit quidem ſuper tumulo mariti, ſed amor ejus, ignis ille Thracius in vndis non extinctus eſt. Lampis pulchrum hoc emblema confecit, avara eſt fæmina, & dat cunctis. Lipſia tales habet dentes, vt eos liceat vocare Roſtra navis. Remia hoc ſolo non eſt ſatis pudica, quod de ea quæritur an ſit pudica. Luciæ non animus deeſt, ſed corruptor. Albia peccare ſe dicit ſepties in die, ſi ſepties ſe non viderit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſpeculo. Robina nondum ad ſacram & vltimã amoris lineam ſe perveniſſe dicit.

Hæc nos dicebamus nobiſcum, quia examinandum nobis non minùs quàm olim Herculi, quod vitæ iter ſectaremur, & quos homines fugeremus; *ſumus* enim *omnes de genere Zethi & Amphionis, naſcimur in bivio virtutis & vitij.* Etſi enim nulla nobis ſtatio melior videretur, quàm ea vbi nulli paupe-res, tumultu tamen fora plena videbantur, artes vſurpari ad mala, vt cum Dæda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Dædalus vaccam ligneam fecit, artes vſurpari ad vana, ita ut Themiſtocles vir magnus non poſſit recuſare lyram ſine culpa, & magni Ducis gloria pereat in ſonitu liræ, videbantur nobis *literati viri nimiùm divitibus obnoxij, vt tam hodie literati animi ſerviant quã olim literati vultus ſervorum erant*. De avaris nobis videbatur *avaritiam* eſſe *votorum novercam* namque *avaris quadrare ænigma Homeri de pediculis: illi enim quæ capiunt perdunt, & quærũt quæ non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

capiunt. Fides etiam *tanquam flumen diviſa* apparebat *in multos rivulos: Dij boni, fides noſtra fons cæleſtis in lacum Lemanum mutata, vbi naſcuntur homines peiores ſuo Pilato; ille enim noluit crucis titulum tolli, hi cruces & titulum ſuſtulerunt. Iudices nobis bene videbantur picti à Thebanis ſine manibus, quòd vix vllus ſit qui non ſit mancus. Advocati pauci viri boni, pauci eloquentes, & in dicendo multa habere ſuperflua & ſtulta, quibus ſuaderem Liviam imitarentur, quæ cùm vul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vulgo ſui poteſtatem corporis faceret, Agrippæ tamen filios ſimiles pariebat, quia nunquam (vt ipſa ajebat) niſi navi plena vectorem tollebat: ita illi nunquam excurrant ad aliena niſi dixerint propria & neceſſaria. Denique omnes homines occupati videbantur circa ficta, & tam bene quàm Catullus circa Cynthiam imaginoſam, aut etiam Græci pro Helenæ idolo decertantes. nam ſanè quid ſunt virtutes hodie quàm quædam vitioſæ imitationes virtutis, ſicuti Sirenas ſæpiſſime habeas pro Mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſis: ambæ enim in ſcopulis & juxta aquas habitant, ambæ alas habent & canunt: ut mirer cùm ſint tot prævaricationes hominum, eſſe ullam iridem fœderis inter Deum & homines, ut mirer curam hominum totam verſari circa lutum & tamen ignem à Iove expectare; ita enim ſuperfluunt vitia, ut etſi ſub Rege vivamus, longiſſimum tamen fuerit interregnum hominum virtute præditorum: nec aliquis ſucceſſor natus virtuti, aut eâ ſterili adoptatus: nec aliquis filius terrę regnum

vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

virtutis vacuum occupavit, hinc illæ fugæ deorum ad ſuperos.

Quare nec tales dignantur
viſere cœtus
Nec ſe contingi patiuntur lu-
mine claro.

Nec amplius ſe Deus inſinuat mentibus noſtris, & vt verum dicam. *Deus eſt qualis voluit eſſe Empedocles, qui ſe futurum Deum putavit, ſi nullibi terrarum inveniretur: ita enim eſt de Deo, nullibi ſciinr. Eſtque hic* adhuc *ſæculi morbus videaris dives, te tenebunt in manu: fias pauper, te vt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

calicem exhauſtum vertent, & deſerent: Sis denuò dives omnes quærent tecum eſſe fælices, nam in ore eſt omnium illud vetus carmen,

fatis accede Deiſque,
Et cole fælices.

Petij autem à Timæo noſtro ut mihi cætera narraret quæ iſto triennio poterant eſſe facta; qui breviter mihi aliqua libavit.

Tu audiſti, ait, ex quo tempore Magnus noſter, ſeu vt illum dij vocant Deus è machinâ, factus eſt cœli clariſſima pars; nec enim volucrunt eum in zona lactea

ſtea habitare tanto ſangui-
ne perfuſum, ſtatim mul-
os eorum qui magis ani-
num gerunt quàm re-
gunt, ita gratum habuiſſe
pei ac ambitionis favo-
ium,ut quaſi equæ Luſi-
anicæ è vento illo gene-
oſa decora conceperint,
ed non vixiſſe, ut nec vi-
unt è vento geniti pulli,
ndeque capite truncatus
bellis, cujus cùm non
oſſet lex ſanguinem ſuf-
undere, coacta eſt effun-
ere, de eo enim poſſis di-
ere vt de Capitone Coſ-
tiano dixit accuſator,

ErubeſcitCęſarem timere: ſed
egoque ut vidi hominem
trahi ad ſupplicium mult
turbâ ſequente; ſtatim ju
dicavi mortem turbine ho
norare voluiſſe turbulen
tum. Deinceps cùm one
rariam navim Gallicam ni
mia ſaburra deprimeret, n
periclitaretur exonerand
fuit, & tutela Dei mutanda
in quâ tamen conſervand
eſt ægrè laboratum, quò
eſſet ſine bitumine.
Thetis Achilli ſuo arm
fieri petijt ab alio Fabr
quàm à priore, quanquam
vterque ſapientiſſimus fo
ren

ret: ſed ſic viſum ſuperis eiici vnum cœlo: Iſte alius olim arma coxerat alteri tanquam Achilli, qui tamen non fuit niſi Patroclus: ſed nunc iterum vocatus tanto ſtudio coxit, ut ne incocta eſſent, ipſius animæ igne quam efflavit, coxerit: de quo nullum aliud hîc eritEpitaphium, quàm quod ſibi ipſemet ſcripſit: NICOLVS FABER *peccator non vnus ex multis hîc iaceo. Quid de me dici veriùs, aut à me vtiliùs non video: agnoſco, bone Ieſu, tu ignoſce: ad hoc enim natus*

es,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

es, ad hoc paſſus, ad hoc pro nobis tremuiſti, vt per te ſecuri eſſemus.

Atque ut ſcias genium & ingenium viri, non gravabor tibi vltima morientis verba, quæ multorum auribus excepta ſunt paucis memorare; quia in eis ratio redditur de miſero ſtatu & ſtudio hominum poſt peccatum, itemque de remedijs Chriſti.

Poſtquam ergo erigi ſibi iuſſit caput, & duplici pulvino ſuſpendi, ſic loquutus eſt:

Vniverſitatis originem & ordi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ordinem quiſquis cogitabit, cito nos (viri clariſsimi) ab ovo ad mala veniſſe cognoſcet, & reliquiſſe Sygma vernum Paradiſi. Potuitne verò naſci quid vetitum in Paradyſo? potuitque homo quid vetitum tangere in illo? potuit, & quanquam non guſtavit niſi vnus, tamen omnes purgati ſumus; quia vt non eſt neceſſe omnes annulos tangi à magnete vt cohereant, ſic hic factum. Hincque factum vt ſerviam dæmoni, Dominique pudeat ſi non ſervitutis: nec rebellare poſſumus, quia inermes amiſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſo digito Dei qui nos bon
ſcripſerat, idem enim lit
ram fecit, & ſcripſit omn
malos. Peccatum hoc exem
ptiles fecit oculos rationis a
nimæ noſtræ, vt lamiaru
poetæ, vnde cyclopes fac
non vidimus Vlyſſem, e
quando nos non rexit S
iſte, rexit Phaëton & im
petus, ſenſeruntque à qu
regerentur ſenſus noſtri, a
à libidine, an à ratione
per quam rationis notam v
nihil eramus Leonis, nih
belluæ: ſine illa nihil ni
leones, nihil niſi belluæ fu
mus. Ab hoc peccato data e

mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mortalibus lex illa immor-
alis, eſſe mortales, vt nihil
letur natum, & non mor-
uum; non Deus ipſe, vt vi-
ventes moriamur atque etſi
ulla alia lex mortis eſſet,
xemplo moriamur: quemad-
modum etſi nullum exemplũ
ſſet lege moreremur: quia
ſeu à creditore vita eſt, debi-
um ſolvendum, ſeu à Rege
ributum. Sic verò lex dicit,
rgunt, oriuntur, florent,
aſcuntur, occidũt, moriun-
ur, marceſcunt venti, ſoles,
ores, homines, firmaturque
x illa orbe condito, non vr-
e, aut olympiade aliquâ:
vnde

vnde ab aratro ad aratrum
quot vrbes, fuit quidem ali-
quid Ilium, ſed adhuc neſci-
tur: fuit aliquid Alexander,
ſed adhuc ignoratur; nam
ſartago illa loquendi, Ale-
xandria ab Alexandro, pons
iſte à Cæſare, mœnia iſta à Se-
miramide nondum mihi in-
tellecta, thermæ illæ à Domi-
tiano nondum mihi notæ,
magiſque noſco muſcam Do-
mitiani quam Domitianum:
ita futurum tempus tribu-
norum more, præterito im-
portunum eſt. O cenſoriam
mortem, & perpetuæ dicta-
turæ conſortem, quæ omne
voca-

ocat nemine vadimonium
eſerente : nec prætereundo,
d vocando Magiſtratu mo-
et. O nos ſtultos, qui non re-
ordamur tantæ neceßitatis,
r mali tutores vitæ noſtræ
um otio, ſomno, & ventis
amus, qui neſcimus magis
anem reddi pyxidem vitæ,
uam Pandoræ pyxidē, quod
volet ab eâ etiam ſpes omnis,
ec emi poßit dies vnus ven-
itorum, nec reddi vnus per-
itorum, ſed Tantali omnes
umus ad præterita tempora
ıgientia captantes, aut de
enere Phrygum ſerò ſapia-
us, aut de genere Titanum
cœli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

cæli minas patiamur quo
prius iuvit. Quare luben
homini dixero, penelope, qui
expectas in orſu telæ tan
multiplici? ſi vis ſapere, ſa
pias, cum cytharedi auditor
illo qui præ muſicâ nolui
perdere horam negotiationis
aut perditam doluit, merca
turam ſuper vitâ æterna e
xercere, ne pereas, nam peri
cùm perit ætas: tenue ver
malum eſt quo tua pereun
præ eo quo tu ipſe peris: ſiqu
peccaſti, dic tibi ſæpiſsime
Miſer, deſinas ineptire. Si
enim breves annos vitæ tu
ſequetur tandem Platonicu

æter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ernitatis annus, & circu-
s perfectiſſimus, in quo ni-
l primum aut vltimum,
i via longa quâ is, is, nec
las vides columnas, vbi
re vaſtum in quo navigas,
vigas, nec vides portum:
i candidiores dies quia
opiùs ad Solem: quo deni-
e agnus te vocat, quod ſi
iò vocat Leo qui circuit,
ut vulpes ægroto leoni,
di, vidi veſtigia
nnia te adverſum ſpectan-
tia, nulla retrorſum
Per hoc peccatum anima
e velut centaurus carnem
quitabat, iubis excuſſa
eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

eſt, nec erecta apprehender eam potuit niſi popiſmate cu pidinis, nec tractare niſi ma nu libidinis, habuitq; ſempe in cute luxuriæ peſtifero crabrones. Propter hoc pec catum vera omnia defece runt, & animus noſter vt oc cuparctur cùm deeſſet quo eſt, tranſvolavit ad id quo non eſt, & lapis ideò Philoſo phicus exciſus eſt è monte il lo qui intumuit olim & par turijt, ſed ridiculum muſ culum, multique decepti in hoc partu, filios montium ex pectantes alios quam mures. Propter peccatum facta eſ

præ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

præcox malitia, & ſcelus in puero tanquam nævus placuit parentibus; nec enim in poſterum gratus fuit puer qui non promptus ad venerem etiam ante tempus, qui non nepotulus & ſeditioſus ante ætatem: & puella diſplicuit quæ non talis qualis Lais placuit: ideò, ideò nunc fertur ad voluptatem & ſagittam caro, ut accipiter ad prædam: ideò poſtquam periimus nobis pereuntibus voluimus omnia perdere; nec enim natura integra voluit humanam vitam eſſe cum periculo oſtrearum, dans in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

remedium domeſtica, non peregrina, aquam & pultem: indeque etiam non habuerunt niſi nefaſta noſtri faſti, & fruſtra accuſamus naturam non peccatum, quaſi lupi capellam quæ nos lactavit, interficientes. Verùm quia nullum fortaſsè malum ſine remedio, non toti ita periimus hoc peccato, quin metanoea nos potuerit iuvare: & fortè licet dicere Perieramus niſi periiſſemus: Chriſtus reddidit virtuti philtra, vitio miſetra: Chriſtus nos ſanguine pinxit, qui priùs tantùm creta pinxerat: vnde qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

qui Chriſtum novit, ſalvus ſtatim factus eſt; qui ad crucem potuit aſcendere, ſubitò extra periculum fuit: de cruce enim dictum eſt, Hodie mecum eris in Paradiſo. Ex quo tempore ſemper crux fuit eſſe ſine cruce, quia Chriſtus in cruce: ideóque qui amat crucem, amat apendicem Chriſtum: qui non amat, hunc etiam odit, ut hæreticus qui magno ſuo damno neſcit cùm averſatur crucem, non tam ſe averſari illam quàm fugari ab illa, quia crux habet hunc duplicem ſcopum, ut vocet malos, fuget

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

bonos. Chriſtus ergo per hanc crucem & per crucis titulos omnes ſanavit, & diſciplinam omnem docuit purgans homines tum à morbis, tum ab ignorantiâ. Suaſit Chriſtus in cruce labores tolerare, inimicis parcere, ire ad promiſſionis terram, nec reſpicere ad ollas AEgypti. Suaſit mala contemnere quæ non audent nos aggredi crucem geſtantes, aut ſi audeant, & nos aliquid pati cogant, exiſtimare id meliùs per cicatricem mori cum Chriſto. Vbi enim fixa crux, ibi ſtandum adverſus vitia, nec ſem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſemper parthicè pugnandũ: nam ibi præmia feres ſi hoſtem feras & ferias, ſi in labore dures & virtute, cùm nihil in vitio duret. Dures, inquam, quia in pugna hac Christiana velites nos potius vincunt quam triarij, vitia enim raro pugnant, ſed per occaſiones nos expugnant: & quem venus non capit, capit ſæpiſſimè papilla Veneris. Dures, quia ſi viceris vitia miles Chriſti ad ſublime capitolium Cæli triumphando aſcendes: leuce enim illa eſt animarum ſedes, ad quam non ſunt multæ leucæ: hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

verò dico, quia laboris emblema Christus eſt, vt ſimus non vt illi qui ante ictum pereunt, non vt illi qui ne moriantur moriuntur, vt ſemper laboremus, quia neſcit Arithmeticam laborum virtus, nec Ianum habet vllum qui fugientia à tergo, & venientia à fronte pericula notet; nihil enim timet virtus, nihil dolet, quia vbi vitium eſt, ibi labor & dolor diverſantur, & in inferis timores quia non ſunt virtutes, & nihil habet tam difficile virtus, quàm vt velit, egóque ſemper exiſtimavi

Athlan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Athlantem humeros cælo præbuiſſe, fuiſſe ſuſtinere. Quanquam non omnis Mem non movetur hac luce, & virtus neſcitur quaſi in luco, quæ magis in luce. Nam ſi magis calculum ponas, virtutis doctrina non eſt aliquid reconditum, ſed tota in Chriſto omnibus gentibus noto repoſita eſt. Quare fruſtra illi qui in atomis quærunt, fruſtrà qui in alio orbe Lunæ, vbi vrbes & regna vident, cùm Chriſtus reliquerit illa regna vt eſſet in cruce. Fruſtra etiam illa querela in vniverſitatem eius vires ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

neſcat vis Chriſti, cum quo nunquam eſt effæta natura, & ſine quo paulatim non abhorret à vacuo, nam quod nulla copia narium in naturâ, id accidit quia nimia in domibus, quod nulla copia unionum in mari, id factum, quia nimia in mulieribus; quòd nulla effecta virtutum Chriſti in nobis id evenit, quia nimia vitiorum, quæ non evenirent, ſi homo ſe noſſet; nam Deum in ſe videret cui nullus poteſt reſiſtere, viceſque tantùm & nomina Dei in ſua anima mutari: Nã quod omnia habet mens

noſtra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

noſtra, nec ipſa habetur, Immenſitas vocatur in Deo, quod nec ſeneſcit, nec moritur, eſt AEternitas in Deo: quòd omnia conatur, eſt omnipotentia in Deo. Quare peccat anima quæ non eſt fortis exemplo archetypi, & fractus eſt radius hujus Solis, qui è luto quod indurat non ſurgit & reflectitur. Ne putes verò me ad aliam ambitionem te hortari, quàm ad illam quæ eſt ad crucem, extra quam non aſcenditur ſed itur ad præcipitia. Quæ cùm ita ſint, conare aut mecum aut ſolus Chriſtum in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

telligere; etſi enim nubem habemus in mente quæ hunc Solem impediat, irim tamen concipiet nubes illa, per pænitentiam purior effecta: fateor quidem quod varia munera Chriſti ſunt mihi quaſi lenocinia longioris orationis, ſed ſcitis quia divina, cùm de his diſſerendum eſt, majorem proventum excuſationum afferunt quàm laudum. Quare Chriſtus qui me totum tenet; linguam etiam meam teneat: nam ſentio orationem hanc meam de Deo ſimilem eſſe nivibus hibernis, frigere omnia in ea:

adde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

adde illud ſolatium, quod prævaricatio taciturnitatis in divinis eſt laudabilis, nec ſilentium hic laudatorem in diſcrimen adducit: adde & aliud quod plus dicit qui Chriſtum dicit, quàm qui de Chriſto.

Hæ ſunt cigneæ voces quas in magna corona emiſit Faber noſter dignus coronâ ſempiternâ.

Circa illa tempora ſideratus penè fuit à librâ Cerdo vnus, ſed quia affines parcæ nentes & textrices ſartoribus, noluit Atropos ei fila vitæ ſecari: & tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

fabellâ nos pavit amatoriâ, quòd aliqui philtra componerent erga Iunonem ipſam, ſtulti quòd non viderint non eſſe tam novum delictum mulierem amare quam Iunonẽ: nam quod acquiritur nomen ſceleris in Iunone & Deâ, amittitur in muliere, ita ut ſæpiſſimè non tam rerum argumenta quàm nomina ſint attendenda: ſtulti, quòd non viderent infœliciter conatum id pari in fabulâ Ixionem, & quaſi illi tali pœnâ digni eſſent hos rota temporis abſtulit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

lit, & nullus iam ſermo eorum; tela enim quæ orſa erat cum contumeliâ & reatu, finem habuit cum gloriâ.

Dum non poſſunt tamen mori hernioſi, autumnalis Adonis perijt, quem mulieres adhuc de deflent; tantus enim dolor eas occupavit, vt de leucate ſaltum minarentur, perierat enim illis formoſiſſimus vultus quem Venus, Adonidis dixiſſet, Phędra Hyppoliti, Ariadne Theſëi, Thysbe Pyrami: tantâ varietate pulcher erat, de quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quo nihil convenientius poſſet dici quàm præficales verſus amici noſtri, quorum veneres ad me imperfectæ venerunt, nam ſentio partem illorum tantùm mihi eſſe recitatam paucis & bonis verſibus qui non tam alios deſiderant fortè quàm ego. Sunt autem iſti.

Quidquid eſt hominum venuſtiorum,
Flete, nam charis illa Galliarum
Effecta eſt acharis nimis dolendo:
Muſæ dicite vos deæ elegāti,

Nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

*Nuntiatæ deæ novem ele-
gantes,
Quæcumque aut monumen-
ta det doloris,
Quecumque aut monumenta
det iocorum;
Se vobis Charitem deam fu-
turam
Poſſunt cum lacrimis malo-
que luctu
Eſſe tam bene gratiæ decen-
tes,
Quam riſu nimio & ioco
ſolutæ,
Nam nil prævalet in deas
venuſtas.*

Certatum & pro Achillis armis nam ſicut major ho-
die

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

die ambitio quàm tempo-
ribus Priami, ita plures
fuerunt candidati armorũ
Achillis; illius Achillis

genere qui mundum ſu[…]
Sparſus per omnem cœlitum
regnum tenet,
Tethide æquor, vmbras Æa-
co, cælum Iove.

Achillis quem ut divinum
crederemus, vidimus gra-
vitate pedum laborare:
graves enim ſunt dij, ſic
Iupiter

gravi curru quatit Olympũ:

Sic Æſculapij,

preſſâque Dei gravitate
carinâ

Sed

Sed nævum loquacitatis
interſeramus huic hiſto-
riæ: *nullum* enim *tempus*
uni verbo anguſtũ eſt. Cauſa
duum-fœminalis acta eſt
inter matrem & filiam,
vtraq; enim eundem ho-
minem amabat, ſed volen-
te matre vt ſibi filia cede-
ret: ea contra ius ſuum op-
timè tuebatur. Quia ni-
mium (aiebat) ſimiles ſu-
mus, diſſidemus: ſed ſatis
mihi excuſanda videor fi-
lia hac matre nata, quòd
amem: nec in hoc tam
matris quàm omnium ho-
minum ſuffragium & fa-
bas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

bas imploro: ego legen
quidem hanc matris fe
ram, non procax ero, no
indiligens: hanc non fe
ram, non amabo, vidi enin
matrem ſemper amantem
quare legi contra exem
plum poſitæ non obtem
perabo; namque id ſi vi
tium eſt, eſt ſemper mater
num. Cedendum quidem
cedendum in omnibu
parenti, ſed in amore ſen
& deformi non puto ce
dendum. Quare non tan
hęc cauſa dignitatis, quan
ætatis & gratiæ: vinco nor
filia matrem, ſi vinco, ſe

puell

puella anum, vinco etſi taceo, nam iunior & amabilior ſum, atque ſi non vincerem, & mater vinceret, irriderent eam omnes & perirent vota quibus optavit ſibi naſci puellã formoſam, Si amo ergo, nunquid improbas, ô mater: nam amo, & in eâ familiâ vbi amantem etiam anum videmus: ſed ignoſce, ſi erro, & amo: iuvenis & formoſa amo, nõ amabo cùm anus fuero: tu talem me genuiſti, ô mater, ut in amore nulli cederem, nec etiam tibi, quanquam te hîc non vin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vinco,ſed ætas:& volui tibi cedere, niſi fuiſſent qui dicerent non licere inter ſe cedere amantibus, publicam enim cauſam eſſe cauſam amoris,& videri confectam hanc cauſam ad dedecus omnium puellarum ſi maneret, neminem amare fortiùs quàm vetulam: adde quòd, mater, quia vinco, non tam te vinco quàm tibi vinco; nam tanta ego exempla tuorũ amorum meis amoribus confirmo, atque quòd vinceris felicior diceris.

Mater

Mater contra, etſi ſe
uebatur ratione, magis
amen imperio. Non habi-
abo, dicebat, cum filiâ a-
nante quem amo, quia *ta-*
læ nullum ſocium ferunt:
iiciam eam domo, abdi-
abo, perdam eam: vanæ
unt leges amoris niſi ma-
rem filiæ præferant, ſtultæ
unt niſi his non ſolùm
celera ſed etiam neglecta
fficia puniantur; nam
uod dicit non poſſe in eâ
privatim puniri, in quâ
ublicè honoratur, verum
ſet niſi tale decus cum
edecore matris coniun-
ctum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ctum eſſet, ſique non vio
larentur ſacra materna
Cum parentibus enim *nul*
lum honeſtum certamen, nul
la proba victoria, imò nun
quam turò poſſunt com
parari: licere quidem filia
omnes pulchritudine vin
cere, ſed id ſatis eſſe. Vider
filiam meam, me amare; &
vbi mater amat, filiam nor
debere amare: videre na
tam meam me amari, & ſi
duas non poſſe amari, ne
tamen velle cedere, in qu
iuſtæ ſunt doloris iræ.

Sic certè invenit fidem
fabula Aſcræi, *Amorem cum*
lit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

te natum eſſe, quandoqui-
em illæ de amore certa-
en inſtituêre. Ego verò
s puellæ tam diu quàm
ctu reddendo, ei omnia
nnuerem in hâc cauſâ, &
e tabulâ proferrem ei iu-
icatum ſolvi, etſi nullam
utarem hîc haberi ſtricti
ris rationem, ſed natura-
s conditiones diei, pe-
uniam ſemper datam, de-
rtum vadimonium, plu-
s petitionem, teſtium fi-
em. Interim vir magnus
bi apparuit, & quaſi de
admi ſemine, natus è
rrâ noſtrâ, vir qui magna
fecit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſecit, & de quo maius ac
huc fieri ſperamus ſi ſa
piat, qui aut major eri
aut ſibi faciet quod Sene
ca; nam iamdiu eſt cùm ſi
bi dixit ut agerer: filios e
nim terræ multa poſſe i
terrâ dum non ſolliciten
Iovem. Macte animo.
namq; eſt laudi beneverteri
& meliùs ſanguine quàm
ſepiâ coinquinari, & mu
tandæ pennæ loricis Vn
garicis & latiaribus, nam
ſi vilis natura ſuperand
eſt, florendi gratiâ ſuperan
da eſt. Quidni verò lau
Scipionum poteſt eſſe me
laus

laus? quidni etiam ſæculo omni prodit ſuus Phocas, ſuus Tamerlanes? Tantùm mihi ſupereſt explorare Ariolum qui pro apendice fati noſtri dicat, An tempus virtutem noſtram debeat ſepelire? nam quod ad alia ſpectat, vbicumque nulla gloria periclitatur omnia audendi ſuam legem habet temeritas: ego autem ſi cado in bello, aut ſum degener, nil perdo: ſi vinco, multùm acquiro; ſalivam autem martialem maximè movet locus belli, nam ibi pugnandum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vbi naſcuntur Marones, vbi Virgilianus Princeps, quod noluerit ſanguinem in aris purè fundere, coactus eſt in choris impurè effundere: & audio non ſolùm hodie Arnulphos Italiam turbâſſe, hic ſenſus erat verborum iſtius Annibalis, cujus facta relinquo ijs prædicanda quos ſperavit in patriâ Marones naſcituros, qui dicent immutatum proverbium, vt non ampliùs dicatur Annibal, ſed Arnulphus ad portas. At ne mirere hos animos geſſiſſe hominem illum qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

qui in nuptijs Principis ſui hoc eſt, vbi Principes & Nobiles omnes totius regni opes im lętitiam Hymenęi eventilabant, in tam illuſtri (inquam) ordine non ſervatâ pace Principum, & neglectâ prærogativâ nobilitatis voluit cum eis conſpici, non æſtimans judiciũ, dummodo eventum bonum audacia conſequeretur.

Omitto plurima alia, veluti quod his annis ſævijt ſæpiſſimè illa peſtis diſſidij, ut lis multis eſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

pro deſerendo marito, quâ ego bonam ſemper ſic judicabam, quod *melius eſſet litigare vt non ſis cum vxore, quàm eſſe cum ea vt litiges*: quod tutor qui fuerat prædator hæreditatis & peculij, quando iuſſus eſt à judice acceptum & expenſum proferre, gulam & podicem oſtendit. Quod in patriâ noſtrâ vni viro magno magis inimicę fuere Clotho & Lacheſis quàm Aropos; ſtrangulatus enim de furca pependit, vnde ſic ei tertia funiſeca defuit. Quod vnus can-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

candidatus procuratorum fumos adferens & vendens, iuſtè flebat alligatus; fumi enim oculis ſunt noxij.

Ceterùm huc vſque Alcionia ſenſit ratis noſtra, hucuſque nulli tribunitij flatus ſeditionum pelagus noſtrum implevere, donec anchoram levavimus, quę ſi fixa & depreſſa manſiſſet, vela fortè non dediſſemus tot ventis, & viveremus in illo alto otio in quo vivebamus: nec formicæ conquererentur de equitibus earum horrea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

calce evertētibus in agris, quæ nunquam alias aut timuerant aut ſenſerant tantam cladem, & cauſa carum quotidie agitatur in porticu, vbi peiores ſæpe cauſæ tractantur quàm ſit lana caprina aut vmbra aſini, cogente id ſæculo puietis inimico, & nimium amico litis. In quo tamen aberratum ab his qui arriquerunt cauſam bellorũ. Nam cauſſa quidem erat iuſta ſplendoris ordinibus reſtituendi, quorundam quòd non ſtudeant mereri quod poſſident. rude donan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nandorum , aliorum qui tanquam prophani arcentur, ad dignitates adſciſcendorum : ſed cauſa belli nulla, & mihi viſi facere illi ut qui non nebulam, ſed Solem è medio tollere conarentur. Horrendũ enim nomen eſt belli, res verò ipſa tum iniucunda tum minimè ſalutaris, nobis verò maximè horrendum tanquam nautis qui alias periclitati in hoc ſalo, imò nobis maximè iuſipidum & ſtultum videtur tanquã bello pacem mutare, eſſet cum Glauco aurea æneis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

immutare: nobis imò omnibus, ſi

—nihil ex ſemet natura creavit
Pectore amicitiæ majus, nec rarius vnquam

Dicam ego quod ſentio. Cùm finis bellorum omnium ſit aliqua pax, & nos hunc finem hactenus conſecuti ſimus, iterum ad bellũ redire, eſſe laborem Siſiphi volventis & revolventis lapidem. Homines cùm ſimus, conſiderandũ eſſe repugnare humanæ naturæ arma tractare, vt quod ea mitis & placida à Deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Deo creata non munita cornibus ut tauri, dentibus ut apri, vnguibus vt leonis. In pace cùm vivamus exiſtimandum eſſe quid pax poſſit, de quâ Mars ipſe admiranda fatetur.

— ſoli (ait) *cui tanta poteſtas*
Divumque hominumq; meis occurrere telis
Impunè, & media quamvis in cæde
Hos aßiſtere equos, hunc enſem avellere dextra

Statui quidem ego Alpheum imitari, & ſine ſalſedine vllâ tumultuum ad Arethuſam iſtam perveni-

 re,

re, per medios fluctus ſyrteis & Charibdes, ſtatui hortari ut videamus ne tunc dominandi finis ſit quando erit & parendi; nam animæ ſi obtemperamus avaræ, animæ ſi obſequimur ambitioſæ,& eunt omnia membra quo feruntur per mentem. Rex verò vniverſitatis anima eſt, quidni quicunque tandem ille ſit ei obtemperabimus? Atque ſi apud orcum defunctæ animæ iurare dicuntur, ne quid ſuos quos in vitâ reliquerunt contra leges ditis adju-
vent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vent, quidni in terrâ Regi noſtro obſecundabimus?

Dicent mihi tamen aliqui, Regi tam parvo timendum, & prætextum non eſſe contemnendum. Quod ad Regem ſpectat, reſpondeo nunquam me vidiſſe tam magnum, & dubitare an natus vnquam orbi tam magnus, meminiſſe me Reges in cunis etiam infeſtiſſima bella victores peregiſſe: meminiſſe Epaminondæ qui ſub militis ſago vincebatur, ſub ducis autem chlamide vincebat: Atque ut ſine Ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mero non loquar de Regibus, neſcitis quoties ingruebat belli periculum Agamemnonis vultum & membra compoſita ad majorem ſemper apparuiſſe majeſtatem & tremorem. Ignoratis deos omnes catenâ aureâ cœlo Iovem dimovere non potuiſſe, ipſum autem Iovem ad ſe illos traxiſſe, ut ſit verum quod dixit Livius de Regibus: Trahunt conſilijs concta, non ſequuntur. Quod ſi puer eſt,

Maxima debetur puero reverentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Quare non dubitandum quin Regi noſtro eveniat, quod venatori quondam accidiſſe dixit Bion, Viderat venator buxo inſidententem avem per magnam, ad quam ſtatim pennas & retia direxit. Defeſſus autem iuvenis fugacitate volatili hujus alitis, & dolens, aratorem incuruum conſuluit, eique digito monſtrat inſidentem amorem: Ad quem ſenex ſubridens, & manu caput demulcens: Nil tibi, ô amice (ait) in hâc venatione & aucupio relictum eſt, ſed non capies

ſugitivum amorem, qui tamen qnando vir eris, etſi nunc te fugit ſuâ ſponte accedens ſubitò capiti tuo inſidebit, & ſequax erit; lubens enim verba ſenis dixerim Regi noſtro, expectet, futurum enim ut omnes proceres qui nunc fugiunt minorem, ſequantur grandiorem.

Quod ſpectat ad prætextus etiam: Reſpondeo ſemper malam fuiſſe cauſam prætextuum, nam *quemadmodum idem ſpeculum varias ſpecies & vultuum figuras repræſentat, ita*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ita eadem res varijs ingenijs expoſita poteſt infinitis interpretationibus explicari. Sic Traianus Danubij ripas ponte iunxit contra barbaros, eumdemque pontem Adrianus reſcindi iuſſit contra eoſdem: Sic Diogenes baculum ſceptrum vocabat, peram verò ſcutum: pallium verò leonis exuvium, ſe verò Herculem ipſum. Quare nec ego facilè credo vlli prætextui, non etiam iſti, in quo ſæculum aureum ferrum gerantes pollicentur, non iſti (inquam) quia memini

aurea poma in ſolius diſcordiæ manu habitare. Nec Rex accuſandus, ſcimus enim Regum eſſe benefacere & audire malè; nam tribuitur diis ſi quid proſperè: Eheocles autem vituperatur, ſi quid Thebis malè eveniat &

Simul iſta mundi conditor
poſuit Deus
Odium atque regnum.

Acciditque ſępiſſimè multos imitari Ephoros, qui quolibet nono anno, mediâ nocte, eâque ſerenâ ſtellas obſervabant, ſi quæ nimium flammaret, ſi quæ ſtilla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſtillaret ſi quæ ad aliam
cœli Zonam vergeret, &
hanc occaſionem ſatis ma-
gnam putabant coniicien-
di in carcerem ſuos prin-
cipes; ita enim ſi quis in
aulâ ſtilbium agat luce ſuâ,
ut alicujus partes ſequi
videatur, confeſtim id Re-
gi ſuo crimini vertunt.
Quæ cùm ita ſint, cogitan-
dum cenſeo rempublicam
noſtram non eſſe ſimilem
Carthaginenſi, quam tu-
multus & ſeditiones con-
ſervabant: ſemperque in-
tuendum ne de nobis di-
catur idem quod de Syllâ
dice-

dicebatur, patriam durioribus remedijs quàm pericula erant ſanaſſe: nec impedire tamen quo minùs iuſta ſit querimonia Procerum, quo minùs ſœculum peccet contra viros probos; & ipſæ reſpublicæ ingratæ ſint in optimos ac ſibi devotiſſimos viros: nec minùs ſæpe peccent in eos quàm in ipſas peccetur: ut quando Camillum in exilium miſit, quando Scipionem dimiſit, quando exulare fecit Ciceronem reſpublica Romana & quando Attica Themiſtoclem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

:lem, Ariſtidem, & alios
ui memorabilis oſtraciſmi
niuria affecit. Non impe-
lit (inquam) quo minùs
ſta vera ſint etiam in no-
trâ republicâ, quæ tamen
unquá conſtituent con-
raRegem noſtrum vlla
uorum iura belli, quæ non
x omni occaſione quæ-
untur. Quare pacem ſua-
leo, & finio cum hoc præ-
epto, ut omnia ab omni
arte tam moribus quàm
gibus bonis conſtituan-
ur, ſique deliquium pacis
atitur Aula, fiat quod fit
unâ deficiente æra pul-
ntur.

AEra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

AEra laborantí poterun
ſuccurrere paci.

Quod optimè etiama u
dio dixiſſe quatuor illo
Oratores qui ad Proce
res miſſi ſunt, & optim
exiſtimo dixiſſe vnum e
illis Sebaſtium, quand
priùs ad eos miſſus eſt
quamobrẽ ſperamus quo
tractanda negotia præve
nient felicia nomina Ora
torum, quod Anemodo
rus ventos omnes tenebit
Ianus belli portas claudet
Sebaſtius rẽ faciet ſui no
minis, illud Tou concilia
bit, Boëtius nos omne
con

conſolabitur. Dixerun au-
em illi:

SERENISSIME, etiamſi
nos Caduceus iſte quē præ
nanibus habemus, mo-
neat ut de pacis muneri-
bus diſſeramus, magis te
amen monet ut ad *pacis*
bona reſpicias, quâ *non mo-*
dò ij quibus natura ſenſum
dedit, ſed etiam elementa ip-
ſa, maria & ſaxa lætari vi-
dentur: *cujus quia bona nul-*
lis ſunt involuta tenebris,
meliùs intuemur quam præ
dicamus: & certè ad ejus
nomen prædicandum exi-
ſtimamus iſtud breviſſi-
mum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mum elogium ſufficere, u
quemadmodum Aſſyrij Sol
nullum patiebantur eſſe ſ
mulachrũ, quod ſatis proie
ctus eſſet & ſe ſuis radij
oſtenderet : ita pacis nullun
neceſſarium in hac oration
ſimulachrum, quòd ejus bon
nemini obſcura ſint. Pro ill
ergo te monitum veni
mus, pro illa, ut quâvi
occaſione aut moleſtiâ ali
quorum quæ in regno fie
ri ægrè tuliſti, memineri
non expedire propterea
concutere pacis fœlicem
ſtatum, maximè quando
periculum eſt jacturæ in
eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

um qui concutit. *Nec cre-*
endum ſtatim genio ſuo,
am cùm videamus lucem
bi non lucere, lampadem ſi-
i non coruſcare, ſic rationem
epiſſimè ſibi non eſſe provi-
am; aut ſi eſt, nunquā tuen-
am ratione vllam auda-
am, ne cum ratione fia-
us miſeri, *vigilandum*
aximè Principi ad famæ
on minùs quàm veſtali ad
nis ſui cuſtodiam: famæ,
quam, non tantùm magnæ,
d bonæ: non poſſe autem
ſe bellū in hoc Reipub.
atu, in hoc rerum ordine
ne ingenti vulnere famæ
tuæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tuæ, tuæ, tuæ, non ſequa
cium, quorum nomina t
dicto obſconduntur; F
mæ diximus & dicemu
quia illa inſpectura e
quid facias nam ut dix
Pylades, Regnum cauſ
norunt omnes quibus al
qua mica mentis eſt:
verò de te clamabit: Fall
ris, ô Sereniſſime, & dol
me te ſic falli; nam tibi i
hoc bello minùs fort
ſemper licebit, quàm tu
militibus. Falleris, nam il
quorum conſilia ſunt a
bellum gerendum, etiam
nonnullos habes quos i

omn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

omni genere bellorũ fortuna exercuit, nunquam adverſa caſuum tibi proponent, ut poſſint eſſe adminiſtri, non virtutis tuæ, quæ permagna eſt, ſed temeritatis & audaciæ ſuæ quâ te facilè committent fortunæ, quòd te nondum ea deceperit; nam ferociter quidem ac properè ut vides illi vellent omnia agi, quia ut Poëta canit:

Quemque ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ.

Quibus ideò ſi ſapis, uti ſemper ſapiens viſus es, *oportet te eſſe Fabium, non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Minutium: nec enim bis licet in bello peccare; & monemus, & hortamur, & precamur ut agentem te ratio ducat, non fortuna, eáque quando ducet ne torqueat: ne ſis ſimilis cauponibus, qui vina ut vendant, turbant, miſcent omnia, & diluunt: ne bulliat ampliùs aënum apud te, aut ferveat ſeditionis aqua, aut ſi bullit paula confúta trua: nam etſi populum videaris tenere auribus quod bono prætextu vtaris, populus tamen lupus eſt, quem ſic tenere peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

periculum eſt, & tui illi ſe-
quaces, etſi fortes & ma-
gnanimi videntur, ferocio-
res tamen multò illorum
plures ſunt ad rebellandũ,
quàm ad bellandum. Nam
tibi cogitandum eſt *dege-
neres eſſe eos plerumque qui
nihil ſpei niſi per ſeditionem
& diſcordiam habent*, nun-
quam congregari contra
Regem niſi malos, eoſdem
te agreſſuros ſi Rex eſſes,
pręſidium non eſſe firmum
in eorum audaciâ, magnũ
contrà & audax eſſe no-
men belli, ad quod non
omnes ire audebunt qui
 irent
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

irent ad prelium. Cogitandum tibi ut quemadmodum dicunt tanti eſſe exercitum quanti Imperatorem: ita pluris eſſe debere Regis exercitum quàm tuum, ſi pluris eſt nomen Auguſtiſſimi quàm Seneriſſimi. Conſiderandum tuum equum quo ad bella uti voles, poſſe fieri Seianum, ſi alea belli periculoſa tulerit, quis ſcit enim quid tuus Mars facturus, quis ſcit quò ſe converſura pompa bellonæ? nam

Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt;

&

& ejus damna ſi neſcis, calumniam in autores ſuos contorquent: nec ut facilè *ſumitur, ita facilè, ſed ægerrimè deſinit, ut videas in manu tuâ non futurum eſſe finem* belli *ut initium, & te futurum fabulam commoventis apud Lucianum hydrias ut fluitent, non ſiſtentis.* Quare melius tibi eſſe pacem poſſe dare amicè quàm inimicè; dare (inquam) patriæ quæ te aluit & fovit, nec vnquam in te aliquid ingratè commiſit, ut eam nunc velut hoſtium ſolum fugere debeas, huic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

patriæ, hoc eſt, dijs patrijs qui nos tuentur. Nam memineris nullam vnquam vrbem captam, quin dij priùs inde evocati fuerint. Quòd ſi tibi vllus ramus aureus decerpendus, non viribus vllis id facies, ſed tantùm ſi te fata vocant. Si vis vlla tuæ dignitati allata eſt, en adſumus qui tecum iure agere, & tibi ſatisfacere parati ſumus.

Intereà ſonuêre tubæ, raucuſque per æthram
Cantus, & ignoto cælum clangore remugit.

Poſtquam enim illi finem lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

loquendi fecerunt, quaſi expediret nemine loquente aliquem canere, aut quaſi oratio eorum fulminaſſe, tonaſſe, videretur, boatus ille & clangor tubarum auditus rurſus

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

donec eis Sereniſſimus ſic reſpondit:

Certum eſt (viri clariſſimi) nomen ipſum Pacis dulce eſſe, rem verò ipſam cùm iucundam, tum ſalutarem non ſolum iis quibus ſalus vitæ, ſed etiã illis quibus gloria chariſſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

eſt; nec enim animum vnquam mihi commovêre aut immutavêre contra pacem, qui dixêre: Sunt tibi haſtæ, clypei, ſunt galeæ, ſunt enſes. *Video* enim *conſilium à pluribus dari, ſed periculũ paucos ſumere:* video *iniquiſsimam* talium *bellorum conditionem in quibus proſpera ſibi multi vindicant, & adverſa vni autori imputantur*: Sed *quid eſt quod contra vim* ſine *vi fieri poßit?* An non *cum dignitate potiùs cadendum, quàm cum ignominia ſerviendum?* Servitutem vo-

co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

co Principum & nobiliũ, conſilia Regni ſine nobis ſumpta; ſervitutem voco nobilium largitiones ignobilibus factas: ſervitutem voco omnium, rapaciſſimorum ac perditiſſimorum hominum exleges manus. Quippe ita ſe res habet, nec noſter exceſſus aut fuga tot procerũ cauſa eſt vlla belli, jamdiu enim eſt jamdiu quando miſcuere omnia mali & inutiles viri, qui adhuc adhuc mallent publicâ ruinâ quam ſuâ proteri: & illi fortè bella quærunt, & nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nos ſollicitant ad bellum: & nos non illi ſumus, & noſtri non illi ſunt, aut erunt vnquam. Gratulamur ergo Iovi, Iunoni, & vobis, quòd nos ita monetis, currentes ad ea omnia quæ illis iucunda ſunt, ſed oramus videant an nos digni ſic vivere: videant an nos ita tractandi; nec enim eludendæ vobis noſtræ querimoniæ, quas niſi notæ eſſent, & nota ſinceritas noſtra, longiori ſermone proſequeremur, ſicut nec ego veſtras rationes tanquam lapidoſum panem

reii-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

reiicio: lætus ſum quòd vos video, & libenter audio. Nam omnia priùs experiri quàm armis ſapientem decet: rurſus verò non monemus tanto clamore, ut velimus nos vniverſus populus exaudiat nullam cupidinem imperij aut divitarum cauſam dolori noſtro dediſſe, nullum impium lucri odorem, nullum malum rami veſtri aurei amorem, aut iram præcipitem, aut ardorem belli nos in hęc diſcrimina contuliſſe, nullam nocendi cupiditatem, rebellandi feri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tatem, dominandi libidinem, aut ſimilia quæ in bellis iure culpantur, ſed libertatem patriæ, ſalutem reipublicæ, Iovis ac Iunonis gloriam & honorem; ita ut hâc ſpecie maior conſtantia paci reditura ſit, major ſtabilitas. Nam tandem vitia illa quæ expugnamus, illi mores quos corrigimus, rempublicam contunderent ac peſſumdarent. Quare (ut finiam) de conſilio Iovis mei nolo ampliùs dici hoc peſſimum clogium

--ἄλλα τὸ βῆτα

Οὐκ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ὀυκ ἐπιγνώσκω δέλτα τῶ ἐγχά-
φετ

Hæc dicente Sereniſſimo, & gaudia vultu ſuo teſtante Oratores ei gratias egerunt, & quaſi eſſent inter ſe conſiliorum conſcij ac conſiliati noluerunt remorata ſtatione dicendi ampliùs conſiſtere, gaudentes quòd ſperarent majori cum gaudio poſſe convenire. Et hæc (inquit Timæus) hiſtoria Petroni, hæc ſeries paucorum annorum quam optaſti.

Cui ego poſtquam conquievit vix poteram ſuffra-

fragium dignum ornatibus tam aureæ linguæ reddere, ſed admiratione tantorum ſermonum, ac talium conciliorum, me magis ſilentio colligabam, & Apollinis lyram tantùm optabam; veriores enim laudes mihi videbantur quas Phœbus loquitur, nã

Etſi Pierias patitur lirare Sorores,
Nunquam ipſe torquet ἀύλακα

Dixi tamen ſapientiſſime Timæe,

Nec te laude veham, ſit vnus error,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Et te laude veham, ſit alter
error.
Tentantem veneratio re-
pellit,
Cunctantem officium & cu-
pido pellit:
Et laus multa datur mihi
neganti,
Et laus nulla datur mihi vo-
lenti,
Et ſunt illa duo inde amari-
tates.
Et ſunt illa duo ſuavitates,
Et me melle beant ſuaviora,
Et me felle necant ama-
riora.
Sed cui non placet ille pri-
mus error?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Et cui diſplicet hic ſecundus
error?
Et cui non placet illa ſuavi-
tudo?
Et cui diſplicet illa amari-
tudo?
Non virtus tua poſsit & ſile-
ri,
Non virtus tua poſsit & re-
ferri,
Hic pius labor & pudor ta-
cendi,
Et ſit ſtultitiæ nimis volen-
tis,
Interpres malus, impuden-
tiæque.
Hic ſtupor malus & timor
loquendi,

Index

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Index ſint animi parum po-
tentis.
Si quis te taceat timens
poëta,
Tantus (lux mea) quantus es
videris,
Si quis te canat & poeta,
ceſſas
In verſu moduloque vel ſo-
nanti,
Tantus (ſpes mea) quantus
es videris,
Maior laus tua laudibus
poetæ,
Cùm nil ſit ſimile, & nihil
ſecundum,
In ſermone etiam nihil pu-
tabo:

Nam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Namque vnus ſimilis, virûm
nec vni,
Vnus diſsimilis Deûm nec
vni.

Timui verò Deus fieri ita madidus nectareis ſermonum Timæi poculis, & meliorem ſapientiam putavi tunc furere, niſi ille meam iocularibus dictis mentem evocaſſet ad ludicra. Ita enim venuſtus homo erat Timæus, ut contubernium ejus, alium atque alium ſermonem concinnaret, non circumforaneum illum, qualis qui de tempore pluvio aut ſe-

reno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

reno paſſim vſurpatur ab hominibus. Quoniam ergo (inquit) *ſpes pacis refulget dum expectantur novi nuntij*, agitemus nos aliqua pacis muyſteria, &, ſi videatur cum novis & muſteis tuis amoribus meridiemur, ne ampliùs redeant animo illi caſus, illi ſermones politici, illę conſultationes; vult enim animus meus quaſi feſta rubigalia celebrare, & erunt iucundæ & pulchræ vices Martis & Veneris, noſque videbimus qui ſint tui ſtomachi amores.

Cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Cui ego, Ibimus, inquã, ſive tuum illud arbitrium eſt, ſive meum, & videbimus nidulum animæ meæ in quo datur perire & vivere, in quo licet delectari & torqueri: ſed vide priùs ut abrumpas ſi quæ te retinent; hoc enim otium intuendæ puellæ, hoc dignitas ejus poſtulat ut immoremur. Imò tu (inquit) abrumpe ſermonem, nam non ſolum ire paratus ſum, ſed volare; *eſt enim ſuſpenſum & anxium id quod ardentiſſimè diligas non ſtatim videre:* & magis inquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

quam ego ſuſpenſum *vide-re, & non poſſe amplecti.* Atque poſt pauca alia verba ingreſſi in ædes Codreæ noſtræ, ſuaviſſimæ & amabiliſſimæ Codreæ. Cui ego ſtatim hæc verba profatus: Codrea clariſſima; tu enim lux mea, Codrea chariſſima; tu enim vita mea, Codrea, ſive mavis dici Berta, ſive Moncenina: coëgit me amicitia Tymæi fidem liberare laudum tuarum; laudavi enim ſæpiſſimè & prædicavi virtutes tuas: ſed ut pictores pulchram abſolutamque fa-

ciem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ciem raró niſi in pejus effingunt: ita ego ſæpiſſimè ab hoc Archetypo decidi. Tunc verò Timæus: Bene fecit Petronius, quod me ad te duxit Codræa belliſſima, ſive mihi dici mavis Rhobina, & meliùs ſi ante gaudeo primùm tuâ gloria, Petroni, cujus ad me pars aliqua pro neceſſitudine noſtrâ redundat; gaudeo etiam tuâ pulchritudine, Codrea, cujus aſpectus noſtrorum eſt conſummatio ſermonum. Pręvertor, inquit illa, ita veſtra oratione, ut nec vobis

ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ſatis ornatè gratias agere, nec vos ſatis vrbanè excipere poſſim:nō debueratis ingenio veſtro ita indulgere, ut me falſà laude caſtigaretis,nunquam illa ſumma laudum conſequuturam. Et quoniam hæc ſtantes dixiſtis , ſpero quòd ſi velitis ſedere uti plus tunc ſapimus,futurum ut Steſichori ſitis.

Si plus ſapio ſedens, inquit Tymæus; hæc ſapio, Codræa digniſſima:neſcio an aliquid ſimile viſuri ſint oculi noſtri : tu enim ſimul & veneranda,& amabilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

bilis videris: tu multorum ſæculorum, multarum ætatum dotes ac virtutes miſcuiſti. rurſuſque ſicut Rhodanus findit ſua flumina, ſic tu illas orbi diviſiſti.

Ego verò dixi. Si plus ſapio ſedens, Berta mea, Codrea mea, in tui reverentiâ mallem ſilentio loquacitatem, quàm ſilentium loquacitate ſuperare, niſi hæc deberet vincere, cujus & commoditates laudantur, & incommoda excuſantur. Nam radix hujus culturæ quâ aliquem colis, eſt in animo, meſſis

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

in ore, atque etſi deiicit oculos verecundia, vbi ei aliquid illuſtre obiicitur, ſi adſit amoris & reverentiæ aculeus, non diu tamen poteſt tergiverſari, vnde ſi ſilentium in amore quaſi miles in excubijs, ſermo quaſi vnus de velitum genere. Totam igitur gaudeo te intueri flammeam croco, & lacteam ſerico, intuemanicas ſola brachiorum principia velantes; nympham denique tali amiçorum ſpectaculo digniſſimam, nam & hunc vultum induit Cypris, quando vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

cit ceteras Deas, & hos digitos Aurora quando Tithoni thalamum reliquit: & certè

Tam tua labra roſas referunt, ſi ut Venus optet
Has legere, hinc pungi debeat invidia.

Invident enim tibi omnes quòd tam pulchra es, ſicut invident mihi quòd tam pulchram amo: in quo gaudeo: nam quòd ſic invideant ſimiles faciunt, quod ſimiles, magis amantes. Nam quid diſſimulem; tu me cepiſti tuis ocellis, tu me vinxiſti tuis capillis: ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ille genarum fulgor, ille riſus decens, ille virgineus pudor, ille candor ſine fuco, illa ætas tenera, illæ papillæ Diones benignâ cuſtodiâ me obſtrinxêre. Quod verò ad animum meum ſpectat, Berta, is ſolet erga te armigerum Iovis imitari, qui pullos reiicit ut non ſuos, qui Solem non intuentur; nam illas cogitationes non agnoſcit ſuas quę ad te nō tendunt. Tu illa cum quâ ſunt in regno ſuo Muſæ meæ, & ſine quâ ſunt exules, de qua quando loquor tanta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mihi ſurgit vis dicendi, ut niſi dea nata eſſes, poſſet lingua mea deam facere, ſine quâ ut olim tibi abſenti canebam:

Nullæ blaneitiæ fovent meũ cor,
Nullæ deliciæ moventque pectus,
Non quas blanditias puella dixit,
Aut quas delicias puella fecit,
Has ni dixerit unæ mî Codrea,
Has aut fecerit illa mî Codrea
Formoſiſſima diva Moncenina,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

A qua ſum procul ut ſolent profani.

Voluique tunc etiam procul exiſtens accedere, & manu papillas mulcere, cum prologo tamen dicens cœcos manibus vti vice oculorum, cœcum autem eſſe vnumquemque amantem. Interim verò eripiebat nobis nox ſi non oculos, ſaltem corpus meæ Bertæ, quæ inde occaſionem dedit nobis recedendi: quod recuſabamus primo exiſtimantes tenebras emplaſtrum eſſe pudoris, & dicentes ei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

probam mercē facilè emptorem reperire: tametſi in obſcuro ſita eſſet: ſed poſteà obtemperavimus miſcentes valedictionibus noſtris ſolemnes querimonias amantum, quod miſeri ſimus, quod infelices, quod ibi vivamus vbi amor noſter. Quod nulla occaſio nos divellat, & precati ſumus perſeveraret amare ſi amavit, aut inciperet ſi nunquam amavit. Sed heus videte, pluit, inquit Charis mea, & nox eſt. Cui ego reſpondi, *Amori nullus reſpectus Iovis pluvij;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vij; nam amor Iovi imperat: nullus etiam tenebrarum, nam ex Chao ortus eſt: Atque ſi
— ſurgunt de nocte latrones,
ſua furta habet Venus æquè ac Mercurius. Sed tamen vale, Codrea, & ne me defraudes hoc iure quo dici & eſſe amo tuus, Vale (inquam) altera Helena, ſed ſine Helenâ, & fac ne ſim inquilinus, ſed civis animæ tuæ. Vale denique, nam & vltimũ vale non exuit novitatis gratiam. Quid dixi vale, imo Ave; Amicæ enim vale nunquã dixero.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Abibamus ergo ſimul ego & Timæus oſculum pro commeatu libantes, ſed non abibat Bertæ ſpecies, imò quemadmodum dicunt vmbram Achillis mortui radiatam fuiſſe, ita oculis noſtris hæſerat lux abſentis Codreæ. Non eſt cæcus tuus amor (inquit Tymæus) ut dicebas nuper: Non inquam Timæe, ſed claudus, tardè enim incedit. Ex quo enim amavi poſſem tibi numerare oſcula: at non amati eſt numerare illa. Nam qui mutuis animis amant, aman-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

mantur: illi confundunt & conturbant ea ne ſciantur: ſic plus mihi de virgine illâ reliquum eſt quàm vlli alij, nempe ſpes, quæ ſola de omnibus rebus.

Sed redderes ne (inquit Timæus) rationem amoris tui, Petroni, ſi te interrogo? Cui ego: Cato mirari ſe aiebat, cur non Aruſpex rideret cùm videret Aruſpicem. Ego miror cur me amantem amans interroget. Ceterùm priùs interroga Codream ut reddat rationem pulchritudinis ſuæ; interim tamen, nonne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tu noſti ſectam meam, quod amantium nudus caſtra peto? ſique

Vnicuique dedit vitium natura creato,
Mî fortuna aliquid ſemper amare dedit.

Et quia Amor non indiget Magiſtro, mihi dixi ſolus:

Si Mimnermus uti cenſet ſine amore iociſque,
Nil eſt iucundum vivas in amore iociſque.

In amore (inquam) non illo Propertij qui in amore fundit ſanguinem; ſed illo Tibulli qui fundit tantùm lacrymas. Promptius autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

tem amavi, quòd puella iſta nullam mihi campanam ſuperbiam olere videretur. Vnde vides in tutelam quidem Amoris me receptum eſſe, ſed videntis: hic verò amor meus ut hæreret non fuit ales: ſicuti priores qui hirundinei huc illuc volabant, ſed quaſi prætor aliquis clavum fixit trabalem animo ne fugeret. Sciebat enim animæ noſtræ alas eſſe, & Ariſteç Proconeſi animam tanquam ſtatuam Dædali fugitivam eſſe: & tu ſcis quàm facilè eſt in amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

labi, quàm difficlè elabi. Vt verò ſcias quàm perfectè amem, factus ſum baiulus omnium armorum Amoris. Amori ſunt ſagittæ, ſunt faces, ſunt fulmina, ſunt clavi, ſunt arcus, ſunt compedes, ea omnia tanquam faſces colligatos lictor ante hunc prætorem fero. Exploratum autem tibi ſit, me priùs amaſſe quàm amica id ſciret, ut quaſi Veſtalis hoc ordine accederem, ad hunc ignem intuendo, non loquendo. Quia tamen non me obligabat re-
ligio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

ligio amoris ad munia Veſtalium, & videbam non prodeſſe procari ſi lateret, illæſo amore immutavi morem iſtum, nam *Stultè* (aiebam) *ab amore mori pateris, non vis ob amorem.*
Immutavi ſed tandem, nam quia opinio ſacer morbus, mihi perſuaſeram levius eſſe crimen tacitè amare: etſi enim (aiebam) miſer es quòd ſic amas, non es tamen reus quod tam pulchrā amas: ſi videant autem te illam amare, ſtatim eris & miſer & reus. Quod ſi (Timæe)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

vis videre ſenſum amorum noſtrorum:

Scias velim Venerem noſtram non eſſe illam vulgarem & terreſtrem, ſed Vraniam quę nunquã optabit ſatiare, ſed vincere animũ: ſatiare noluit, ne tędio afficeretur; vincere voluit, ne cruciaretur: ſicque ſemper viximus cum puellâ, talia oſcula dedimus qualia dare potuiſſent Veſtales, non qualia illæ mulieres quæ apprehenſis auribus oſculantur, ut oſtendant non eſſe curandum quid fama dicat, ſed aures obturandas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

das. Cavimus etiam nobis, aut potiùs ego mihi cavi, ne vllam Venerem auream facerem, quæ me nudũ faceret & ligneum. Vt enim non videbatur mihi illa Danaë eſſe, nec ego pluvia aurea illi eſſe curabam, ſed blanditias alias omnes deorum vſurpabam, omnia illa ludicra Iovis, nunc bos, nunc cygnus fiebam; nec enim ſolo auro miniſtro puellas amavit Iupiter, quanquam duæ drachmæ in amore totum drama conficiant, & duo oboli hac pœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

nâ te liberent, ut volites, ut fias cygnus, nec ſperabam tamen hâc meâ arte Cygnus fieri, ne Iovi par eſſem: ſed putabam

‥ εἰ γὰρ Ζεὺς κύκνος ἐγὼ
κόρυδος.

Non allinam tamen plaſma, & fatebor me aliquando maluiſſe eſſet amica mea ſimilis Strimoni potiùs fluvio Æmathiæ, quàm fluvio Ægypti, qui fert ſpicas, non alit: illa ſic ſuſciperet amores noſtros, non foveret tantùm. Quod etſi non faciebat, nihil tamen fidem meam

po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

potuit corrumpere: nec enim ea eſt tanquam cryſtallum quod Boreas format, & notus diſſoluit. Ceterùm ego illam multis verſibus prædicavi, multis anagrammatiſmis celebravi, quos mihi Dij ipſi ſine ſomnio dictavêre, præſertim Apollo, qui in infœlicitate amorum ſuorum didicerat miſereri amantum. Inter hæc videbam me amari ab alijs quas non amabam. Nec enim arbitrabar vllam meorum amorum poſſe vorſuram fieri. Hæc enim dico; & apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

apud Proſerpinam dicam: noſtri enim amores perenniores erunt quàm illi Laïdis, quam dicunt in Inferno recuſare amantiũ pruritus. Nam quia ſepeliar ego in arâ amoris, ſentiam etiam in Elyſio hunc honorem ſepulchri, Amamus igitur ſemper: namque

Cras amet qui nunquam amavit, quitque amavit cras amet.

Quod ſi non fortè amamur, cùm Apollinei ſimus, ſpes noſtra tota rediit ad exemplum Daph-
nes

nes & Apollinis, quod amica virgine Pæan, aut potietur arbore. Et hæc ſumma amorum noſtrorum quorum hiſtoriam percenſêre aliàs mihi charius fortaſſe erit quàm Heliodoro Theagenis & Charicleæ: accidit enim ſæpiſſimè proprios amores eſſe tales, in quibus nec fœtet ſtercus ipſum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 34